Reuera sic est moraliter. Nam multi sunt fluxibiles & fluctuosi in uoluntatibus iuris vt illud quod videtur iustum et maxime stabile in dubium et ambiguum statim mutant. Tales communiter sunt proprii sensus solidi scientie fundamento carentes. Et ideo dicuntur torquere labia sua admodum fatui quasi magis aliquid intelligentes in tali verbo quod ad notitiam hominum nondum venit De quibus dicit dominus Esaye. 58. Numquid tale est ieiunium quod elegi contorquere quasi circulum caput suum nonne hoc est maius ieiunium quod elegi dissolue colligationes impietatis solue fasciculos depumentes. Nam hec est conditio falsorum iudicum et hypocritarum contorquere. i. capita sua reuolueret et quasi sapientes apparere et quasi zelatores legis. Tales semper nituntur. aliquid vigorosum. inuentre. in omni causa sub specie pietatis. Tales nullomodo eligendi sunt. assessores fin. textum.

B. **Quantum ad secundum dicit sapiens ubi non est scientia anime non est bonum.** supple consilium quoad regimen aliorum dicit Isidorus lib. xiiij. Ethimo. quod olim iudices et prelati dicebantur bases. quod tanquam bases populum sustentabant: et propterea vt bases in edificijs sicut iudices in dignitatibus coronabant. Si igitur basis que totam structuram habet baiulare in se est fragilis et inconstans. per conscientie lesionem necesse est totam fabricam minari ruinam. Et ideo qui festinant vt fiant iudices aut iudicum consiliarij antequam sint in conscientie puritate firmati: necesse est vt in pluribus erroribus offendant et fiant Hinc est quod antiquitus vt habetur Leuitici. 4. pro peccatis principis offerebatur hyrcus: sed pro peccato alterius tantum capra. Quod sicut hyrcus capram ducit quo vult. Sic iudex exemplo suo malo subditos adducit. a bono et reducit ad malum. quia exempla principis in plebe habentur pro iure. vt habetur. extra de sententijs et remissionibus Iudicum capitulo in causis.

C. **Quantum ad tertium dicit sapiens stultitia hominis supplantat gressus eius &c.** vñ Gregorius in suo pastoralis nobilitate motus

+gloriarum

Quadratum.

A.

B.

C.



natura omnis genuit equales. sed varietate morum alios alijs culpa post ponit. Unde omnes qui presunt non potestatem ordinis in se. sed equalitatem conditionis pensare debent nec preesse hominibus gaudeant nisi sciant se posse prodesse: in cuius figuram cum dñs dixisset filijs Noe. Crescite et multiplicamini protinus subiunxit. et terro vester ac tremor sit super cuncta animalia terre. Ecce enim super animalia conceditur potestas. sed super homines per dominationes et superbias prohibet. Hoc satis considerans Octavianus Augustus et alijs se natara parem et summo regi inferiorem se monstrauit quando depositis regalibus vestibus in theatro veniens inter plebanos: vt plebanum se gessit: vt dicit Suetonius de vrbe libro secundo. et Prouerbiorum. 16. Seruus sapiens. id est humilis dominabitur stultis filijs. i. superbis.

**D**. Quantum ad quartū dicit sapiens. diuitie addunt amicos plurimos etc. id est faciunt iudices fauorabiles frequenter in cā iniusta quod multum reprobabile est. quia ex amicitia non licet offendere iura. A multo fortiori nec propter lucrum veritas debet offendi Ecclesi. quadragesimosexto. Ne accipias personam in iudicio vt de aliquas de lege altissimi et testamento de datione hereditatis amicorum de equalitate statere et ponderuz de acquisitione multorum et paucorum etc. quia vt in littera dicitur.

Qui festinus est pedibus maxime in talibus offendit.

Ubi p forma lectionis notandū, q in tribus periculosum est festinare

Primo in regiminis admissione.

Secundo in temporalium ditatione.

Tertio in sententie prolatione.

**E**. Primo dico q periculosum est festinare in regiminis admissione sed mature et gradatim procedendum est Ecclesiastici secundo.

Inclina aurē tuam et suscipe verba intellectus et ne festines in tempore obductionis. Et signanter dicit suscipe verba intellectus. quia illi qui per saltus festinant ad gradus carent necessario verbis intelligentie et scientie complete. Hoc enim videmus in naturalibus. aliter enim sol calefacit terram. Aliter terram splendore suo illuminat quando est in signis australibus: et aliter quādo est in signis septentrionalibus. Nam quando est in borealibus signis statim attingit meridiem et cito declinat ad occidentē et disparet. et ideo tūc aliter splendet et parum vel nihil calefacit terrā in estate autem non sic.

Tunc siquidem cum maturitate celi summitatē ascendit et tunc valde modeste sine festinatione descendit splendetq; et terraz calefacit Sic q subito magisterij aut cuiuscūq; regimīs culmē ascendit valde remisse et quodā tenebroso nomine magisterij fulget. sed fulgor ille cito disparet eo q nihil habet caloris scientie et doctrine. quibus subditos fouere debet. Sed illi qui gradatim et modeste ascendunt intense fulgent per in. lectualis luminis intelligentiā et intense ac diu calefaciunt per doctrine abundantiam. de talibus scribit Josue x. Stetit itaq; sol in medio celi et non festinauit occumbere.

Secundo periculosum est festinare in temporalium ditatione. Unde Proverb. scribitur. Festinata substantia minuetur: quae aut paulatim acquiritur manu multiplicabitur. Tertio non est festinandum in fine prolatione: sed est valde periculosus. Unde Esa. 59. de festinantibus in fine prolatione dicitur. Pedes eorum ad malum currunt et festinant ut effundant sanguinem innocentium: de hoc iam superius dictum est.

Correctio. cxxxiiiij.

**F**alsus non erit impunitus: et qui mendacia loquitur non effugiet. Multi colunt personam potentis et amici sunt donis tribuentis. Fratres hominis pauperis oderunt eum insuper et amici procul recesserunt ab eo. Qui tantum verba sectatur nihil habebit: qui autem possessor est mentis diligit animam suam: et custos prudentie inueniet bona. Falsus testis non erit impunitus et qui loquitur mendacia peribit.

Postquam sapiens ostendit quomodo in assessoribus bona conscientia ac etiam iustitia est diuitiis preponenda. hic ostendit qualiter veritas in testibus et iustitia est fallacis et versutis preferenda. Et secundo dum hoc diuiditur iste textus in quattuor partes. quia

Primo ostendit. quod a testibus generaliter est abdicanda falsitas. ibi. testis falsus non erit impunitus etc. Secundo quod ab eisdem est amouenda partialitas. ibi multi colunt personam potentis et amici sunt etc. Tertio quod in intentione eorum esse non debet vana cupiditas. ibi fratres hominis pauperis oderunt eum. insuper et amici etc. Quarto quod in sermone eorum esse debet plana sinceritas: et nullatenus inuoluta duplicitas. ibi. Qui tantum verba sectatur nihil habebit etc.

**A** Quantum ad primum dicit sapiens. testis falsus non erit impunitus etc. Unde ille qui proserpinam fructus infernales gustasse falsificatus est pene perfidie non euasit: nam mutatus in bubonem cum etis volatilibus odibilis fuit. a quibus sequestratus tenebris perpetuis condenatur ut notat Quis. 2. metamor. Sic erit de illis qui in presenti falsum testimonium dederunt quia de iure deo et hominibus odibiles erunt: et in futuro perpetuo tenebrarum carcere recludentur: et non solum tantum punientur. quantum alij peccatores sed plusquam celi quae sicut dicit Seneca inter ludicra sua quae de claudio Cesare scribit propter falsitatem suam nec celi volebant nec inferi audebant eum admittere: timent inferi quidem falsitatem ne per eam dominationes auferantur et ideo falsi quilibet descendentes ad inferos carceri grauior retraduntur custodia. Sapient. xviiiij. Digni quidem illi carere luce et pati carcerem tenebrarum supple sunt: qui inclusos custodiebant filios tuos per quos incipiebat incorruptum legis lumen seculo dari. vocat autem filios dei iustitiam et veritatem quas falsi homines dunt



hic viuebant occultabant.

**B.** Quantum ad secundum dicit sapiens multi colunt personam potentis &c. id est testificantur pro illis qui bona dant et munera contra dicente scriptura. Exod. 22. Non vnges manum tuam nec pro impio dicas falsum testimonium. Tales non erant antiqui. imo ut dicit Heslyas libro secundo. cum Pyrrhus rex immensa munera rome misisset senatoribus & alijs compluribus ut eorum gratiaz facilius obtineret: in tota ciuitate romana non est inuentus vnus qui contra iustitiam in perniciem ciuitatis munus admitteret: sed vnanimiter contra bas iulantes munera. portas obturarunt ne lumen porte nota cupiditatis aut falsitatis lederetur. Deuteronomij. 3. Testes inuoco hodie celum et terram q nullus nostrum ouem aut bouem vel asinum aut quilibet illius sunt concupiuit. Et debet esse hec vox cuiuslibet testis fidelis qui nunquam propter lucrum abducitur a veritate.

**C.** Quantum ad tertium dicit sapiens fratres hominis pauperis oderunt eum &c. Multi enim sunt qui quis testificentur veritates. hoc tamē potius faciunt ex amore commodi quam ex zelo iustitie: & illud est valde reprobabile ut dictum est superius quia qui testificatur sic debet esse indifferens quod nec propter lucrum nec propter damnum nec propter amorem: aut odium: sed tantum propter iustitiam veritatem testificetur. tunc poterit testis bonus & in virtutum conditione optimus nominari quia testimonium veritatis ius fidele. Ecclesiasti.

**D.** Quantum ad quartum dicit sapiens. Qui tantum verba sectatur nihil habebit &c. Vitis enim propter hoc amputatur in ramis & brachijs ut fructus magis habundet. Aliter enim si folia preualuerint fructus degeneraret et periret. Sic vbi plurima verba ibi egestas. Proouerbi. 14. Videmus enim quod sagitta late pennata quanto plus haurit de vento tanto minus volat & tardius. Similiter & latus gladius difficilius scindit quam strictus: quia quanto plus ventum trahit tanto tardius ictum ducit. Sic verbosi homines qui multum trahunt de vento valde tarde aliquod bonum efficiunt: quia semper super aerem in veritate vacillant ut vix possit intelligi quid dicere velint. Proouer. 16. Gladius & sagitta homo qui loquitur contra proximum suum falsum testimonium. Et vocatur hic falsum testimonium ambiguum & velatum testimonium. Sicut multi faciunt ut vix possit deprehendi verum si contra hominem aut pro homine loquantur. E. Tales sunt similes deo vocato dubio de quo Quidius primo de falsis quod Protheus deus dubius nuncupatus cum debuit veritatem super alio quo consultius dicere non diu se continet in eadem forma: sed subito transformatus dispareret nisi funiculis vinciatur. Sic falsi testes cum super aliqua examinantur veritate ita sunt ambigui quod nesciunt homines ex qua parte eos aduertere debeant: nisi fortassis argenteis ligarentur cordis. Et sic cogentur dicere veritatem. Tales sunt auari quos non conuenit esse testes. Unde apostolus ad thessalonicen. 2. Neque enim aliquando ofusum in sermone. adulationis sicut scitis neque in occasione auaritie deus testis est. Vt in omnes testes sic dicere posses.



**N**on decent stultum delitie nec serusi domi-  
nare principibus. Doctrina viri per paciē-  
tiam noscitur. et gloria eius est iniqua pre-  
tergredi. Sicut fremitus leonis ita ⁊ regis  
ira: ⁊ sicut ros super herbam ita et hilaritas ei⁹. Do-  
lor patris filius stultus. et tecta iugiter perstillantia  
litigiosa mulier.

**¶** Postq̄ sapiens ostendit qualiter in testibus sit veritas ⁊ iustitia  
fallacijs ⁊ versutijs preferenda. hic docet q̄ in humilibus ⁊ pteruis  
sit rigor ⁊ pietas disformiter adhibenda. ⁊ secundum hoc diuidit hic  
textus in quatuor partes. quia

**P**rimo docet humiliare superbum. ibi. non decent stultus delitie ⁊c.  
Secundo ostendit q̄ in casu expedit vsq̄ ad tempus dissimulare sup  
proterusi. ibi. Doctrina viri per paciētiā noscitur ⁊c. Tertio q̄ si  
aut deus malos punit sciustos consolatur. ibi. Sicut fremitus leo-  
nis ita ⁊ regis ira ⁊c. Quarto q̄ per stultos filios dolor patris gñā-  
tur. ibi. Dolor patris filius stultus: et tecta iugiter perstillantia ⁊c.

**B.** Quantum ad primum dicit sapiens non decent stultum delitie. **A.**  
Stultum vocat qui gratia cōcessa abutitur. talem comparat seruo.  
qui delicate nutritus proteruit in dominū. quia asperius nihil est hu-  
mili eleuato. Proverb. 29. Qui delicate nutrita pueritia seruū suū.  
postea inueniet eum contumacē. In cuius figuram preceptum erat.  
Exod. 12. q̄ si emisset quis seruum alienū q̄ statim circūcideretur: qz  
si quis voluerit bonos seruos habere ⁊ marie. de ignotis quorū mo-  
res non eēt expertus. primo circūcidat eum et separet a delectatio-  
nibus. alias inueniet eum per processum temporis contumacē. Et  
ideo dicit Aristoteles primo politicoꝝ. cap. 13. Difficilius est bonū  
seruum facere q̄ bonum artificem. in quibuscunq̄ artibus mecha-  
nicis. quia bonus esse potest sine moribus seruus: bonus nunq̄ nisi  
fuerit virtuosus. Virtuosus vero esse non potest nisi sciat aduersa et  
prospera equanimitē tollerare absq̄ supbia: qd non potest seru⁹ fa-  
cilliter facere: ergo difficile est seruū bonū inuenire: Nā quasi oēs serui  
bone fortune sunt impatiētes. Exemplū de Iheroboam quē de ser-  
uo suo cōstituit regem israel qui in tm̄ contra dñm surrexit q̄ ipse fuit  
norma ⁊ regula regibus israel in malo qui eum postmodū sequebāt:  
Tales sunt efficiēdi a bona fortuna ⁊ ad infortunū redigēdi: quia  
rebellis miles secundū Sene. officio priuādus est: vt ad sui redeat  
notitiā. Actū. 7. De talibus dicitur. Seruituti eos subsiciant ⁊  
male tractabunt. **B.** Quantum ad secundum dicit sapiens doctri-  
na viri per paciētiā noscitur: ⁊ gloria eius est iniqua pretergredi  
In eo videlicet casu quando malus malum sequitur ⁊ persone diffā-  
matio aut plebis magna scandalizatio. aut peccatorū ⁊ deterioratio  
aut aliquid tale. tunc melius est dissimulare q̄ procedere rigoroſe.  
Sed tales cognosci nō possunt nisi a iudice bene docto et bone sapiē-  
te sicut dicit textus. Nam per paciā vincuntur multi qui per rigo-



rem vincit non valent. Juxta illud Juuenalis. Maxima virtutū patientia pugnāt inermis. Armatosq; viros ipsa vincere solet.

Sic deus non frequenter dissimulat patienter expectans: sicut patiens agricola qui post semē proiectum non semper terrā lacerat: sed patienter expectat vt fructum afferat. Sic deus sciens nos ex infirmitate nostra non semper esse dispositos ad productionem seminis penitentie et virtutum dispositionem nostram benignus expectat. In cuius figuram legimus q̄ archa Noe erat cētum annis in fabricando in quibus deus continue expectauit quando ad euz peccator conuerteretur. secunde petri. Patientia dei expectauit in diebus quando fabricabatur archa: Sed timeo, q̄ multi patientiam. hanc contēnunt: eo q̄ deus incontinenti non punit. Ad romanos secundo. An diuitias bonitatis eius et patientie et lōganimitatis contēnis. Sic contempserūt Lacedemoniēses sacerdotium et cultum bacchi quia statim se non vindicauit. vt dicit Cicero.

**C.** Quantum ad tertium dicit sapiens. Sicut fremitus leonis. Ita et regis ira &c. Unde Hugo de Viēna dicit. Sicut leo rugitu suo terret extraneas bestias ne procedant vlteri⁹ cūcatulos suos p̄firmat postea et viuificat. Sic vox iusti iudicis debet esse alienis a rectitudine vite austera et terribilis. filijs autem bonis confortatiua & placabilis: Sed multi timeo indifferenter nocēt tam bonis q̄ malis p̄ subditorum oppressionem. videtur eis in honoribus et diuitijs apparentiā generare. De talibus dicitur Dzee octauo. Ipsi regnauerūt et non ex me principes extiterunt et non cognoui.

**D.** Quantum ad quartum dicit sapiens dolor: patris filius stultus &c. Ubi notandum pro forma lectionis q̄ tres conditiones mali filij elici possunt ex textu ex quibus maxima causa doloris. patri. prelatō vel iudici generatur.

Primo si pro delicto facilliter vlciscatur. Secundo si per verecūdiā non multum terreatur. Tertio si contentioni libenter misceatur.

Prime due cōditiones notantur in stultitia. quia sicut dicit Januēsis. Stult⁹ dicitur quasi per superbiam. stat⁹ stultus. et sic apparet prima cōditio. Dicitur etiam stultus a stupore quasi nō moueatur. contumelia. et sic notatur secunda cōditio. Tertio cōditio notatur eo q̄ comparat talem litigiose meretrici. E. Pro primo Proverbiorum. 19. Totum spiritum suuz profert stultus. sapiens differt & reseruat in posterum.

Quantum ad secundum sciendum q̄ peccator q̄ diu per obstinationem radicatus fuerit non est separabilis a stultitia nec nunc nec flagella iuuant. Juxta illud Proverbiorum vigesimosextimo. Si confunderis stultum in pila quasi ptisanas feriente desuper pilo. nō auferetur ab eo stultitia eius.

Quantum ad tertium. Proverbio. x. dicitur. Sapiens corde precepta suscipiet stultus vero cœditur labijs.

Lectio. cxxxvi.

**D**omus et diuitie dantur a parentibus: a domino aut proprie vxor prudēs. Pigredo immittit saporem: et anima dissoluta esuriet. Qui custodit mādātū custodit aīam suā. q̄ autē negligit viam suam mortificabitur. Feneratur domino qui miseretur pauperis: et vicissitudinez suam reddet ei.

Hec est secunda pars principalis primi articuli alias huius capituli et continuatur sic. Postq̄ sapiens superius ostendit quali consilio: et testimonio in ipsa inquisitione sit vtendū. Hic docet q̄ mature sit in cause promulgatione et q̄ celeriter procedendū. Et secundū hoc diuiditur iste textus in tres partes: quia

Primo docet qualiter faciendū est in ipsa acceleratiōe. ibi. Domus et diuitie dantur a parentibus ꝛc.

Secundo qualiter in cause decisione. ibi. Erudi filium tuum et ne desperes. ꝛ cetera.

Tertio quomodo in culparum cognitione. ibi. Abscondit piger manum suam ꝛc.

Prima pars in quattuor diuiditur: quia

Primo ostendit qd̄ q̄uis accelerandū sit nihilomin⁹ discretio est attendenda. ibi. Domus et diuitie dantur a parentibus ꝛc. Secundo qd̄ per segnitā iudicis causa non est aliqualiter retardāda. ibi. Pigredo immittit saporē et aīma dissoluta ꝛc. Tertio qd̄ scdm̄ iura est sententia destinanda. ibi. Qui custodit mādātū custodit aīam suā ꝛc. Quarto qd̄ in omni causa sunt numerata pauperum respuenda non solum a iudicibus. sed etiam ab aduocatis et consiliariis q̄uis enim ipsis a iure liceat munus accipere pro labore: cōsultat tamen sapiēs qd̄ a pauperibus non capiant quicq̄. ibi. Feneratur domino qui miseretur pauperis. ꝛ cetera.

**A.** Quantū ad primū dicit sapiens Domus et diuitie dantur a parentibus ꝛc. Vult dicere qd̄ domus et diuitie hereditario iure a parentibus traduci possunt. sed sapientia nunq̄. quare autem cōparat hic sapientiā vxori prudēti et bone causa est hec: qz bona vxor qd̄ legitime concepit gaudet accelerare p̄ partum qz sui secunda non timet Adultera vero timet et non accelerat ne maleficiū perpēdat Immo libēter vellet partum differre si posset. Sic boni iudices quid dicere p̄nt illud sapientis dixi sapientie. Vxor mea est et prudētīa voco ant mam meā: tales qui sic sunt desponsati sapientie oēm veram iustitiā concipiunt et q̄tum possunt cum bona ac moderata cōfirmatione partum sententie iuste perducunt. Mali vero falsitatis adulterio maculati differunt q̄tum possunt et illud est directe h̄ntētationē sacre scripture. Leuitici. xxi. Ubi inhihet sacerdotibus q̄erant ppli iudices qd̄ nullo mō acciperent vxores adulteras sz bonas et pudicas I signū q̄ iudices ecclie nō dnt falsitatib⁹ nec appetitib⁹ pecuniarū



In iudicio nubere: sed quod vere volendum est tam non curant homines qui nubant. summum lucrari valeant. ideo prolem iustitie raro aut tarde producant. Dicit Alexander de laudibus diuine sapientie. quod Saturnus. 28. annis complet cursum suum: et non prius: cuius causa fatui putauerunt ex hoc quod semper expectet lente monendo si motus ce- li vellet se sibi conformare. Sic multi iudices differunt ultra modum sententias semper expectantes si illi qui iustitiam habent vellet aliquid modo se ad eos inclinare per munera collationem et per motus conformatem in voluntate: Et hec est maxima causa dilationis sententie. Quis contrarationem quia preter iustitiam et sententie promulgationem. quicquid fit vendi potest: sicut bonum consilium sicut aduocatio et similia: quia ista non tenetur quis pro aliquo facere eo quod iure libera sunt sed iudex est debitor iustitie velit nolit. ideo illa emi de iure non debent. in cuius figuram habetur Exodus. 13. Ubi dicitur sic seruus qui seruierit alicui domino per. 100. annos in fine centum annorum dimittetur liber: sed si habeat uxorem cum eo egredietur libera nec aliquid licuit ex lege soluere pro uxore. In signum quod quis expense licite fiant in hijs que ad causam diu prolongatam pertinent: pro ipsa tamen iustitia nihil debet conferri: quia sicut non licet detinere uxorem illius qui tot annis supposuit vitam suam in diuersis: sic non licet detinere iustitiam illius qui libertatem veritatis in causa quacumque per probationem habere cognoscitur.

- B.** Quantum ad secundum dicit sapiens pigredo immittit soporem et. Hebetudinem spiritualium et corporalium aurium quia pigricies quemcumque tangit eneruat. Proverbio. 21. Desideria occidunt pigrum. talis pigricies publica lege quadam puniebant. ut dicit Augustinus. lib. 17. **C.** Quantum ad tertium dicit sapiens qui custodit mandatum custodit animam suam et. Aristoteles. primo politicorum querit. An inmutatio legis pro meliori lege subroganda expediat pollicie et respondet Aristoteles. Assuescere inquit soluere leges propter particulare aliquid conueniens non est bonum. immo potius debet paucos errores pro obseruatione legum dimittere quam leges veteres per subtilitates aliquas offendere: nisi aliud maius bonum valde veniret vel venire posset. nunquam tamen euenit tantum bonum ex meliori legis amissione quam nocebit assuefactio soluendi statuta: quia lex maximam efficaciam habet per consuetudinem approbatam. multo maiorem quam destructa per facilem solutionem. etiam si propter legem meliorem sequitur peior error. Hec est sententia Aristotelis ubi supra Josue. 1. Custodiens omnem legem et ne declines ab ea ad dextram vel ad sinistram. Talis fuit Octavianus de quo dicit Suetonius libro secundo de vita Cesaris. cuius meminit Augustinus decimo de ciuitate dei. capitulo decimo. dicens quod nouas leges aut cerimonias non admittit. immo reuerentissime colebat antiquas.

**D.** Quantum ad quartum dicit sapiens. generatur domino qui miseretur pauperis et. Hic est notandum pro forma lectionis quod due sunt cause precipue quare deus in hoc mundo quosdam diuites et quosdam pauperes esse sinit. Primo ut dicit textus ut pietas in elemos

Secundo

syna probetur. **Tertio** vt calamitas in patientia coronetur. **E**rgo inquit puto q̄ propter hoc deus pauperes in hoc mundo deus esse sinit: vt in pauperibus diuitiū fides probaret. Unde Luce. 18. querēti principi quid faciendo vitam eternam possideret: respondit **Chri**stus. Vade et vende omnia que habes et da pauperibus et veni et seque me. et ille abiit tristis. Erat enim habēs multas possessiones: desperabat enim de vita si diuitias respuisset. et ideo pietatem naturalem citius offendere voluit q̄ diuitias retractare. quia ergo difficultas est diuitibus pauperibus erogare. Hinc est q̄ diuitie dātur vt quasi per difficile ad virtutem perueniant. Dico secundo q̄ sunt pauperes in hoc mundo vt calamitas patientia coronet. quia beati pauperes spiritu quoniam ipsorum est regnum celorum. Ex quo enim pauperum est hoc regnum: necesse est vt ab eis diuites illibemāt. Unde **Chry**stostom⁹ in opere imperfecto Homelia duodecima. **Lar**gire miseris de rebus secularibus vt tue res proficiant ad pauperū sustentationem. et illorum sanctitas proficiat ad tuam supportationem. Sic vltimus infructuosa dat humorem viti: vt vitis fructum faciat pro vtroq̄. Proverbioꝝ decimoquarto scribitur. Qui miseretur pauperibus beatus erit.

Sequitur

**Lectio. cxxxvii.**

**R**udi filium tuū ne desperes: ad irfectionem autem eius ne ponas animam tuam. Qui enim impatiens est sustinebit damnū et cum rapuerit aliud apponet. Audi consiliū et suscipe disciplinam. vt sis sapiens in nouissimis tuis. **M**ulte cogitationes in corde viri: voluntas autem domini in eternum permanebit. **H**omo indigens misericors est. et melior est pauper iust⁹ q̄ vir mendax. **T**imor domini ad vitam et in plenitudine commorabitur absq̄ visitatione pessimi.

**P**ostq̄ superius ostendit sapiens qualiter sit agendum in sententie promulgatione.

Hic docet qualiter faciendum in sententie decessione. Et secundū hoc diuiditur hic textus in quinque partes. quia primo docet q̄ in sententia debet caueri tumultus.

**I**bi. **R**udi filium tuum et ne desperes &c.

**S**ecundo q̄ iudex in pronunciando debet esse consultus

**I**bi. audi consiliū et suscipe disciplinam &c.

**T**ertio q̄ sermo sit simplicitate directus.

**I**bi. **M**ulte cogitationes in corde viri &c.

**Q**uarto q̄ sit pietate reffectus. **I**bi. homo indigēs misericors est &c.



- Q**uinto q̄ absq̄ pusillanimitate sit detectus. Ibi. tumor domini ad vitam et in plenitudine ꝛc.
- A**. Quantum ad primum dicit sapiens. Erudi filium tuum ꝛc. Vult autem dicere. q̄ qui profert sententiam cum impatientia et tumultu est occasio desperationis ꝛ mortis in illo quem corrigere nititur: ꝛ infert sibi maximum damnum Tenetq̄ ad restitutionem tanti boni quo eum priuat per impatientiam suam. Unde Alexander in ꝓ motheo suo nouo. Eloquio dulci compeſcitur impetus ire. Mellis suo sepe alloquio cedatur acerbis. Lingua procaꝝ pacis esse nouerca probat. Prover. 17. Ira patris filius stultus: id est per iracundiã patris efficit filius stultus. Narrat Quidius duodecimo Metamorpho. q̄ miles quidam adeo fortis fuit in bello troiano vt Achilles pugnanti cum eo ferro vinci non posset quem tamen cum brachijs amplexaretur citissime victus fuit: hic miles. At dicit Quidius. postq̄ armis spoliatus erat in agnum candidissimum est mutatus. Sic est de correptionibus prelatorum. Nam qui ferro rigoris vinci non valent amplexu charitatis suauiter reuocãtur et depositis armis diaboli in agnos mundos et mansuetissimos conuertuntur. Psal. Si neglexerint filij mei legem meã ꝛc. vsq̄. Ibi. neq̄ nocebo in veritate mea.
- B**. Quantum ad secundum dicit sapiens. Audi consilium et suscipe disciplinam ꝛ cetera. quia sicut tota ars iuris parum valet in iudice nisi prospiciat in promulgando q̄ ibi non sit error. Unde antiquitus prohibebatur sententia promulgari nisi fieret inscriptis. At notat Seneca de clementia. Et ideo dicit textus. Audi consilium et suscipe disciplinam vt sis sapiens in nouissimis tuis. Aliter exponitur textus iste de nouissimis ipsius mortis. vbi semper prospiciendum est in nouissimis peccato pungamur. ideo dicit Ecclesiastici. vij. Memorare nouissima tua et in eternum non peccabis. Bono ergo consilio est vtendum vt semper nouissima videamus Et specialiter propter duo.
- Primo nouissimorum memoria a malis nos reuocat ꝛ deterret. Secundo quis in bonis nos prouocat ꝛ exercet.
- C**. Quantum ad primum est exemplum tale naua enim finem nauis occupans ratem bene gubernat. si vero medium teneret faciliter faleretur. Sic illi qui tantum in presenti vita considerant latitudinem vite in qua sumus et prosperitates non ingressus nostri arcitudinem aut egressus decipiuntur anteq̄ sciant. Hic est q̄ Platonis et apud athenas studium coluerunt vt terre motus qui frequens est ibi mortis memoriaꝛ generaret Memoria enim mali generat timorem secundum Augustinum. Unde Proverbiorũ. 22. In timore domini sta tota die et habebis spem in nouissimo. Sed hanc memoriam impedit vite presentis nimia delectatio. si tamen diligenter consideraremus inueniremus q̄ hec est via que videtur homini recta ꝛ nouissima eius ducunt ad mortem.

**D.** Secdo dico q nouissimoz memoria in bonis nos exercat & exercet et maxime in bonis pnie elemosinaz largitide dicit em Augu. 6. de ciui. dei capl. 9. q sapietes antiqtus deam venie coluerut p magnas cermonias et corporu iuges afflictiones vt eis propiciaret in morte Sic viri boni q morituros se cogitat. deū verū qui vere venie est largitor cōtinuis dum hic viuunt sacrificijs pnie colūt vt in mortis articulo inueniāt cum ppitiū atq piuz qz ipse est de quo P̄s. dicit Ecce domie tu cognouisti oia nouissima et antiqua. **E** Quāntū ad tertium dicit sapiēs multe cogitationes in corde viri. Quis em multum sunt subtilitates in corde iudicis qbus exterius snia possēt velaroz tñ simpliciter expresse ius pronūciare: qz illa est volūtas dei q snia iudicis plana et non duplex neq paleata est An quidā postillator per tractās illud P̄s. Iudicia dñi vera iustificata in semetipsa. Nec inquit est vria inter leges mūdi et leges dei: qz leges mūdi sunt multiplices nec pnt intelligi nec exerceri sine sñtiss voluminib? glosaz Et iō leges iste per se sunt insufficientes Sed leges scōm quas de? iudicat sūt plane et iuste in semetipsis sine plica sine glosa qz sunt p se sufficientes Et ideo q diuinas leges exercēt. dñt simplicitatē in xbis colere et amare Hūeri. 19. Loquere filiis israel vt sint memores pceptoz dñi ne sequantur cogitationes suas. **F.** Quāntū ad quartū dicit sapiēs homo idigens misericors est &c. An petrus remensis in sermone de qdragesima dicit sic. Qui qd deus vult sibi hoc facit: qd ipse vult sibi erogar hoc disponit. qui autē voluntatē dei deo negat sibi profecto qd vult desiderat negari Iustus est deus: ipe dicit miāz volo et nō sacrificiū. Qui autē petit vt sibi largiat diuina q in celis est miā sciat q ad istā per terrenam et humanā tā tūmodo puenitur q ergo indiget illa q in celis. operetur illā q ad pauperes in terra est Dicit Alexander de laudibus diuine Sapie lib. ij. q columba qñ volat velocissime tunc vnus tñ ale remigio se tuetur. et cum ipa accipitrem fugit yma petit. Unde dicit sic metrice,

remigio

Dum fugit accipitrem vite discrimē ab orems

Humanos subito sentit adire sinus. *Vel. Tutius humanos senti.*

**S.** Unde naturaliter fugit columba ad hoīem qñ agitur. ab hoste remedio vnus ale. Sic est moraliter nā virtus et pietas sunt nostre ale. spūales vel naturales qbus fugiendū est ab hoste. et volandum ad deū pro tuitione. Si igr velim? pfecte volare ex toto cōsiderem? de ala pietatis: qz frequēter virtus debilitatur et excidit sed pietas semp supportat vt etiā indefesse hoīem conseruet a ruina. An petrus Remensis vbi supia. Opa pnie sunt ale p quas penitens tollitur & portat. ad celū sine quibus iacet & voluptat in luto Pnia sine pietate sacrilegium est: pietas vero sine pnia ad pniaz processu temporū pducit. Qui igr miām a deo sperat & ptectione dei defendendi semp innitatur ale pnie vel pietatis. Et tūc plenā mercedem ad dñō recipiet in futuro. **H.** Aliter pōt dici qz ille ale pnt dici ale dei duplex miā et veritas ceu pietas et iustitia quibus nos p̄ diabolū utimur.

Sed interdum iustitia nos deserit ideo semp bonū est nos inniti ale pietatis. et tunc ppiciabitur nobis deus si in miseros et egenos cle



mentes fuerimus per opera pietatis. vnde in isto capitulo vbi supra  
 Feneratur dño qui miseretur pauperis. Quantũ ad quintum dicit  
 sapiens. Timor dñi ad vitam &c. id est qui nihil aliud timet q̄ deum  
 non mouetur sed vitam illam consequetur vbi est omnis boni abun-  
 dantia et nulla infestatio diabolica Prouerb. 10. Timor domini ap-  
 ponet dies scz vite eterne.

## Lectio. cxxxviiij.

**A**bscondit piger manũ suaz sub ascella nec  
 ad os suũ applicat eam. Pestillente flagel-  
 lato stultus sapientior erit: si aut̄ corripue-  
 ris sapientẽ intelligit sapientiaz. Qui affligit patrẽ  
 et fugit matrẽ ignominiosus erit et infelix. Non ces-  
 ses audire fili doctrinã nec ignores sermones sciẽtie  
 Testis iniquus deridet iudiciũ & os impiorum deuo-  
 rat iniquitatem. Parata sunt derisoribus iudicia et  
 mallei percutientes stultozũ corporibus

Post q̄ sapiens ostendit superius qualiter iudex se habere dz in  
 sententia decissione. Hic docet qualiter preuidere dz in culpa r̄ disti-  
 ctione. Et scdm hoc diuidit hic textus in quinque partes. scdm quinque  
 peccata que hic enumerantur quoz considerationes et distinctio-  
 nes iudex debet solerter prospicere. quia

Prima docet qd̄ quidã pctores sunt regnes et desidiost de qbus. Ibi  
 Abscondit piger manũ suam sub ascella &c. Secũda q̄ qui dsunt for-  
 tes et pestilentiosi. de quibus ibi. Pestillẽte flagellato stultus sapi-  
 entior erit &c. Tertia qd̄ quidã sunt ingratitude celestia. de qbus  
 ibi. Non cesses audire fili doctrinã &c. Quarta qd̄ quidã sunt in cer-  
 titudine maliciosi de quibus ibi. Testis iniquus deridet iudiciũ &c.  
 Quinta q̄ quidã sunt in altitudine monstruosi de quibus ibi. Pa-  
 rata sunt derisoribus iudicia &c.

**A.** Quantũ ad primũ dicit sapiens. Abscondit piger manũ suam  
 sub ascella &c. quia quis bene iudicet quid faciẽdũ. sit non tñ exequit̄  
 hoc in opere quod interius iudicat i mẽte: sicut predicator qui bene  
 docet & loquitur. Sed male operatur. vñ Beda exponens hũc textũ  
 dicit manũ ori applicare est vocem et opus concordare. In cuius fi-  
 gura Iudicũ. 7. Preceptũ fuit vt illi soli approbarentur de mili-  
 tia Sedeonis qui manibus bibebãt applicantes manũ ori. Qui ve-  
 ro flexis poplitibus non applicabant manũ ad os repellerent̄ tãq̄  
 inepti. In signũ q̄ illi soli admittendi sunt ad dei militiam qui manũ  
 operationis applicant et concordant cũ ore. Qui nõ applicãt aquã  
 bone doctrine et nõ ad manũ p os et p iustitie executionẽ. nõ sunt apti  
 sicut multi iudices qui leges sanctissimas instituit per os eruditi-  
 onẽ: sed nec in se nec in subditis executionẽ operãdo implent. Dicit  
 brũs August. 8. de ciuita. dei q̄ Ihs imago ante fores tẽpli sui stãt  
 habuit dignitum ori suo coniunctum. fortassis in signũ q̄ cultor: ip-  
 sus nullus officeretur nisi verbis facta manuum placita copularet

**a**  
 Scelerosi

et hoc est quod mundi custodibus Job optat dicens Utinam vigillum super  
poneretis ori vestro. **B.** Quantum ad secundum dicit sapiens Pestilente fla-  
gillato stultus sapientior erit Accipit hic sapiens stultitiam sive  
stultum in ista significatione tantum. qua significat superbum. id est sta-  
tim ultum. sicut superius dictum est. Et vult dicere quod pestilens in con-  
uentu peior est quam ille in quo superbia viget. Lius causa est. **H**anc sup-  
bus aliquando corrigi potest: pestilens vero nunquam. Superbus excuti-  
tur a fastu per penas: pestilens vero nunquam. **H**anc granum siccum et du-  
rum faciliter excutitur a palea flagellatum. humidum vero nunquam nisi tota-  
liter fuerit consumptum et contritum. Unde hic terminus pestilens sa-  
tis hoc notat Est enim pestilentia usque ad mortem perducens infirmitas  
Ideo pestilens dicitur quasi pestifer non curans donec conteratur per  
mortem. de tali dicit Deuteronomij. x. Adiungat tibi dominus pestilentiam  
donec assumat te. **L.** Quantum ad tertium dicit sapiens non cesses au-  
dire filii doctrinam etc. quia sunt quidam tam ingrati quod dei doctrinam no-  
lunt audire. Tales si adverterent quid dicturus sit Christus in die iudi-  
cij ad illos qui ingrati sunt et opera pietatis non exercent honorare de-  
berent. Dicit enim esuriui etc. Si igitur tamen mouebitur contra ingratos  
qui pretermiserunt opera pietatis quanta: in reprobatione et quanta  
indignatione indignabitur contra illos qui tam ingrati sunt et fuerit  
ut nec facere. nec audire volebant. de quibus dominus conqueritur per pro-  
phetam non audiuit populus meus vocem meam. Tales sunt similes  
Tyberio cesari de quo Suetonius lib. tertio. dicit quod sustinere non po-  
tuit nec audire doctrinam veritatis. Falsa libenter audiuit que constan-  
bant sibi esse falsa. vera si audiuit insanauit. **U**n quendē gramaticorum  
cum ad questionem factam veraciter responderet iussit occidi Si multi  
sunt qui bene sciunt quod sermonis libidinis et truffatorij. sunt instabi-  
les verba autem dei sunt constantia et tamen unum amplectantur et aliud de-  
testantur. iuxta illud Apoli. ij. ad Thimoteum. 4. Erit enim tempus cum  
sanam doctrinam non sustinebunt etc. **N**on sic vos sed diligenter atten-  
dite et hoc propter duo.

Primo ne charitas concepta refrigescat.

Secundo ut virtus amplius inualescat.

**D.** Dicit Alexander de laudibus diuine Sapientie lib. ij. quod vitrum cui  
aqua calida infusa est si non continue et maxime in principio exterius  
foveatur per ignis calorem illico vas frangitur: et aqua labitur et fra-  
gescit. Lius causam assignat ibidem sic.

Cum feruentis aque violentia magna subintrat

Frangitur et fractu se probat esse vitrum

Sed cum paulatim crescit calor atque gradatim

Incipiunt fumi consolidare vitrum

Prout ad prospiciens talis natura calentem

Andam cum vitro fedus inire iubet.

Sic moraliter fragilitas humana non potest diu sustinere (quantumcum-  
que fuerit charitate plena) aduersitates mundiales nisi exterius adhi-  
beatur sibi calor bone operationis et deuote predicationis. Quod si  
fiat per exercitium sancte operationis consolidatur vires nostre ad re-



tenendum charitatem ne frigeat sed vt in nobis per vite meritum ardeat quoad interius et quoad exterius ad proximum luceat per exempla Job. xxviii. Non a dequabitur et aurum vel vitru nec pmu tabuntur pro ea vasa auri exelsa. et eminentia. Sequitur auribus nostris audiuius verba dei.

**E.** Secundo diligenter audienda doctrina sana et verbu dei vt virtus amplius inualeat. Nam in temperato somno positus contine propter veratione et exercituz organi melius audit q̄ ille qui fugiter silentis loca querit. Similiter equus q̄uis ebes adhuc. tamen cu paratur ad preliu congratulaf et animaf per tuba pro plio Esaye. 28. Sola vexatio dabit intellectu auditui et hie rem. 6. Cōstituite sup vos speculatores. et dixi audite vocē tube.

**F.** Quantū ad quartū dicit sapiens Testis iniquus deridet iudiciū ꝛc. Cuius causa est dilatio vindicte que q̄uis videatur multū differri valde tamen properat super malos.

**G.** Quantū ad vltimū dicit sapiens. Parata sunt derisoribus iudicia ꝛc. id est supbis sicut Habugodonosor et antiocho super eos emittit vindicta ante q̄ sentrent. Ecclesiastici. 21. Substantia superbi eradicabitur et iudicium festinando eueniet illi.

## Lectio. cxxxix.

## Cap. 20.

**L**uxuriosa res vinum: et tumultuosa ebrietas: quicumq; his delectatur non erit sapiens Sicut rugitus leonis ita et terror regis: qui prouocat eum peccat in animam suam. Honor est homini qui separat se a contentiōibus. omnes autē stulti miscētur cōtumelijs. Propter frigus piger arare noluit. mendicabit ergo estate et non dabitur illi. Sicut aqua profunda sic consiliuz in corde viri. sed homo sapiens exhauriet illud. Adulti homines misericordes vocantur. virū autē quis inueniet Iustus qui ambulat in simplicitate sua beatos post se filios relinquit.

**P**ostq; sapiens superius iudicem informauit de inquisitione culparum. hic docet rectorē de afflictione penarū Et secundū hoc diuiditur hec pars in duas partes principales: quia Primo docet qualiter minores fatui sunt tractandi. ibi. Luxuriosa res est vinum ꝛc. Secundo qualiter maiores ratione delicti sunt do mandū. ibi. Est aurum et multitudo gemmarū ꝛc.

Prima pars in duas diuiditur secundū duplicem modū regendi et puniendi. Est enim regimen economicum et regale. fm Aristotelem primo Politicorum et scdm hoc regimen reperitur duplex punitio.

**A.** Primo ergo docet q̄ bonus iudex habet a familia punitiones inchoare quia sicut domus est ante civitatē sic correptio et bona rectio domus necessario precedit regimen exterioris civitatis vt patet per Aristotele ubi supra. Ibi luxuriosa res est vinū et c. Secūdo ostendit q̄ demū debet in turba correctiones regulariter dilatare ibi. Rex q̄ sedet in folio iudicij et c.

Prima pars adhuc in septem diuiditur secundum septem malas conditiones que in familijs malorū iudiciū ex consuetudine regnant: q̄s debet primo prelatas corrigere. Deinde ad vulgarem turbā puniēdo prodire. Primo enim debet punire periculofam turbam subditorum. ibi. luxuriosa res vinū et c. Secūdo fastuosam audaciā electorū. ibi. sicut rugitus leonis ita et terror regis et c. Tertio rigorofam nequitiā linguosorū. ibi. honor est homini qui separat se a contentiombus et c. Quarto vmbrosam desidiā stolidorū. ibi. propter frigus piger ar rare noluit et c. Quinto probosam astutiā proditorū. ibi. sicut aqua profunda sic consiliū in corde viri et c. Sexto. monstruosā sententiā impiorū. ibi. multi homines misericordes vocantur et c. Septimo tortuosam iustitiā seductorū. ibi. iustus qui ambulat in simplicitate sua et c.

**B.** Quantum ad puniēdū dicit sapiēs. luxuriosa res vinum quo ad appetitum sensitiuum et tumultuosa quo ad intellectum. ideo quicūq̄ his delectatur non erit sapiens eo q̄ non solum ledit sensum s̄ etiam intellectum. Nolite igitur inebriari vino in quo est luxuria ad Ephe sios. 5. Est enim tumultuosa res ebrietas et mendacijs et iactantijs plena. Unde Alexander in promotheo suo nouo.

Ebrietas mentis sopor est et dedecus ingens.

Os fetet: venter turget: linguaq̄ vacillat. Sequitur ibidem.

Audax exequitur quicquid libet atq̄ pudoris.

Insenscia suppositifos solet ardescere lignis.

Ignis et erectas ad sidera tollere flammās.

Non aliter huncloth. vinum ad sodoma vincit.

Deflorens natus triste peregit opus.

Unde Macrobius libro saturnaliū. Solet facere ciborū copia tacitos: potus vero loquaces. Dicit Aristoteles. 8. de animalibus q̄ rane dum vadunt potum clamore suo apibus nimis nocēt. Sic multum cum inebuantur tunc viris sanctis incipiunt detrahere et viris religiosis se comparare. Tunc mendacia et diffamationes faciūt que valde nocent hijs qui mel sanctitatis fabricant et produciunt. Proverbio. 21. Nullū secretum est vbi regnat ebrietas. Et vtinam considerarent homines quātum sit contra naturam potum diligere quo quis faciliter possit inebriari. Dicit enim Alexander vbi supra Mirum q̄ terra vinum super effusum non imbibit aquam vero statem in spacio breui sorbet: in signum q̄ homo secundum matris sue conformitatem ea que inebrietatem inducunt non debet concupiscere. S̄ illa tantum que ad sobrietatem conferunt. Unde dicit sic libro scdo. Sic vendas vino preponit sobria mater

Matrī degeneres prohdolor esse volunt.

**C.** Quantum ad secūdum dicit sapiens. Sicut rugitus leonis ita



et terror regis &c. Quia summe est cauendū prelati ne subditis se prebeant nimis familiares Ex familiaritate enim generatur audacia contēnendi. Similiter nec prudens subditus in familiaritate plati debz nimis confidere. quia ois maiestas facilliter puocatur. & prouocata nimis ledit. Et ideo qui audax est et prouocat prelatum peccat In aiam propriā exponendo se periculo grandi. Nam videm⁹ in natura et ponit Albertus. 22. de animalibus q̄ leones humilibus parcūt solū. An̄ dicit q̄ leo famelic⁹ nō nisi prouocantē cedit. Sic ois maiestas reuerentiā et humilitatē postulat audaciam vero refutat & punit acerbē. In cuius signū apud poetas Jupiter qui summus deorū dicitur cum virga et fulmine pingebatur. vt notat Quidi⁹ Metha. xij. in signū q̄ bonus iudex qui iustitiā colit fastum reprimat. et sicut fulmen consumit dura et resistentia: sic bonus iudex illos qui sue nō prebent reuerentiā maiestati q̄ Prouerbi. xvi. d̄r Diuinitas in laibz regi. glo. Bede. i. diuinitas q̄ omnis maiestas dei insignia gerit et ideo cū humilitate a subditis veneranda est Prouer. xxv. Ille gloriosus appareas coram rege et in loco magnorum ne steteris.

**D.** Quantum ad tertium dicit sapiens. Honor est homini qui separat se a contentiōibus &c. Ubi notandū q̄ secundū Aristotelē. ii. politicoz cap. x. tria sunt de quibus hoīes precise contendunt scz. Nocuentum.

Iniuria.

Mors.

Nocuentū est rei cuiuslibet seu pecunie

Iniuria est diffamatiua molestia

Mors est terminatiua nequitie.

Et tamē in hīs omnibus est honor homini se a contētionibus separare et patienter omnia ista pati propter xp̄m.

**E.** Primo dico q̄ contendendū non est propter nocuentum rei cuiuslibet aut pecunie quantūcumq̄ nobis inferat. quia sicut Chrysostomus homelia. v. sup Mattheū. Sicut in iniurijs dei patienter dissimulare impiū est: sic in proprijs iniurijs dissimulare laudabile est: vnde Job. vi. Respondete obsecro absq̄ contentione et loquētes id q̄ diuistū est iudicate dicentes cum eodem Job. Dñs dedit dñs abstulit &c. Libertus cōtendens cū eo qui eū manumissit. est iterū in seruitutem redigend⁹ secundū iura lacedemonioz. Si quis cū deo contēdat et patienter voluntatem dei circa se vel in priuatione bonorum temporalium vel gūis alia rēptatione non portat ipso facto etiā sup charitatē quis p̄? manumissus fuerit cadit i. seruitutē grādis peccati Heemie. 4. De talibus dicitur. Dederunt caput vt conuertant ad seruitutem suam quasi per contentionem

**F.** Secundo dico q̄ non contendendū propter diffamatiōis molestiā. Nam ex contentione exoritur opinio maior male fame. vñ Macrobius Saturna. lib. iij. Ille qui facilliter irascitur et contendendo se excusare nititur: signū est q̄ sibi conscius est q̄ innocens non cōtēdit sed excusare se contēnit attendēs illud Sapiētie. Vere que te non molestat ne cōtendas nam inter duomala minus malū eligens

dum est quis enim malum fuerit diffamari false peius tam est per contentiones publicas infamiam dilatare. Dicit Suetonius lib. 10. de Domitiano quod nunquam verba acuta vel acerba contra cum proposuit que necesse erat punire rigide sed in facto se pacerbis erat et rigidus. ita quod sermonis lenitas atrocis iudicii preambulū fuit. hoc satis considerantes viri perfecti scientes minus grande restare iudicium diffamatoribus parcunt ipsis in presentibus acerbius puniuntur in futuro ut sit vox cuiuslibet viri perfecti ad tales diffamatores primi Regum xij. State ut in iudicio contendam adversus vos.

B. Tertio dico quod non est contendendum de morte propria vel amicorum quod mors est terminativa nequitiæ quia secundum Augustinum. 4. confessionum In illa vera beatitudine per mortis ingressum est finis omnis presentis tristitiæ. cum finis omnium terribilium sit mors. tertio Etichoruz. Ideo non est contendendum nec timendum nec dolendum de morte. unde Chrysostomus Homelia. iij. operis imperfecti. Timor mortis nihil aliud est quam desperatio vite post mortem. qui vero vitam post mortem sperat non timet. Ideo viri prudentes mortem dissimulant patienter scientes illud Ecclesiastici. 6. quod homo cum sit non possit contra fortiozem contendere. Sed fatui timent mori et anxiantur pro se et suis amicis de quorum fatuitate scribitur Ecclesiastici. 40. Occupatio magna est creata omnibus hominibus. Furor. zelus. tumultus fluctuatio et timor mortis iracundia perseverans et contentio etc.

D. Quantum ad quartum dicit sapiens. Propter frigus piger arare noluit etc. Signanter notat hic sapiens tempus presentis vel presentem vitam in quo charitas multorum refrigerat. Quis ergo in hoc frigore non laborat in futuro indigens erit. et non dabitur sibi merces. Tales comparat Gregorius salicibus que quis semper viriscant continue tamen tam in iuventute quam senectute steriles sunt intantum quod secundum fidem Ethimo. 17. Semen salicis non solum fructum non producit verum etiam propinquas arbores sterilitate in eternum. Et ideo ponit Virgilius principio Georgicorum Infecunda quidem etc. Sic piger in divi obsequiis et laudibus felicitate terrena valde virescit quod prestolatur fructus nullatenus inveniuntur: et quod peius est non solum in se sunt steriles verum etiam per viciosum exemplum steriles faciunt omnes cum quibus conuersantur Psalmi. Pedes eorum pigri ad ambulandum. Effugiunt autem iste dei laudem et eius benedictionem. eo quod dicunt illud Psalmi. In salicibus in medio eius suspendimus organa nostra. id est exercitium divine laudis in pigris et actidia suspendendo. Nam vulgariter dicitur quod ineptus ad aliquod officium per inertiam aut impotentiam instrumentum suum deorsum suspendisse. J. Quantum ad quintum dicit sapiens Sicut aqua profunda sic consilium in corde viri sed homo sapiens exauriet illud. Videmus enim quod nulla est putei altitudo tanta quin per subtilem arundinem eius aqua possit totaliter hauriri. Nam hoc apparet in phiala seu citula que ventri est grossum habet collum gracilem. Si quis nitatur simul totam aquam effundere nihil exit sed qui prudenter eam nititur evasare totam aquam effluere facit. Sic proditores turgidos et malo

Sabot

6.

7.

8.

9.

Seu Prich



Sanctio plenos non inuestigat prudens simul: vt totam eorum ex-  
hauriat aquam siue malitiam quã intus nepharie conceperunt: sed  
paulatim minimas circumstantias haurit ex quibus in fine totũ cõ-  
siliũ excogitatur: proditorum habebit sicut prudẽs et sic fluit aqua  
de citula eius et semen eius in aquas multas Numeri. x.

**k.** Quantum ad sextum dicit sapiens. Multi homines misericordes  
vocantur. i. apparent per signa exteriora et non sunt. Consimiles in  
hoc oleastro de quo dicit Papias q̄ h̄z folia tam similia oliuẽ q̄ pu-  
tatur ab oibus oliua: sed tamen secundũ veritatẽ sterilis est et semp  
fructu carens. Sic multi folia pietatis habent et verba compassio-  
nis vt etiã ab imperitis putetur oleum effluere ab ipsis per opa cle-  
mentie et compassionis sed nihil inuenies nisi verba: et ne fraus ap-  
pareat liniunt ora oleo adulationis ac pietatis. De talibus quilibet  
cauere debet dicendo cum Psal. Corripiet iustus in misericor-  
dia: oleus autẽ peccatoris nõ impinguet caput meum.

**L** Quantum ad septimũ dicit sapiens. Iustus qui ambulat in sim-  
plicitate sua beatos post se filios relinquit. textus iste siue intelli-  
gatur de simplicitate honous siue de simplicitate sensus vtroq̄ mo-  
do est verus. Est autẽ simplicitas ex colenda.

In honore et dignitate.

In pecunie paucitate.

In verbali sinceritate.

Et sic simplicitas est extollenda.

In honoribus per humilitatẽ.

In diuitiis per fragilitatem.

In sermonibus per sinceritatem

Pro primo facit. quod dicit Suetonius vbi supra libro secundo. q̄  
Octavianus tanta simplicitate claruit et humilitate q̄ cum liberis ei⁹  
assurgeretur in foro grauius tulit illud. eo q̄ honor exhibitus pue-  
ris faciliter facit eos in vicia adueniẽte sentio degenerari: humilitas  
vero in principio honorabiles reddit eos in fine Proverbiorũ. 28.

Simplices possidebunt bona.

**m.** Pro secundo facit q̄ dicit Aristoteles quinto Politicorũ. ca-  
pitu. decimosecundo. q̄ regnum quodlibet per hoc saluatur si prin-  
ceps ad temperantiã trahitur. quia quanto pauciorum fuerit domi-  
nus tanto diuturnius dñum necesse est permanere Proverbi. x.

Qui ambulat simpliciter ambulat confidenter.

Pro tertio facit q̄ simplicitas quoad sermonũ vel x̄borũ veritatem  
seu sinceritatẽ exitũ bonũ h̄z: duplicitas autẽ et falsitas semp malũ  
Dicit em̄ Albertus. 22. de animalibus. q̄ castor inter cetera. animalia vni⁹  
speciei duplices h̄z pedes. nam anteriores habet caninos posterio-  
res x̄o asininos. et q̄ interdũ natat in aqua interdũ ambulat sup ter-  
rã. Sic sibi in rupe iuxta aquas duplices v̄l triplices cellarias habi-  
tationes facit ita q̄ inualescẽte aqua ascendit et tñ non obstãte tali  
diuersorio vel talib⁹ habitatiõib⁹ et multiplicitate pedũ multo facili-  
us capis q̄ cetera animalia que vnico se p̄mittũt elemento. Nã in  
terra velociter non p̄t fugere eo q̄ posteriora h̄z ad currẽdũ inepta

In aqua celeriter nõ potest natate quia anteriores pedes non sunt ad natandum apti. Sic est moraliter multi sunt qui totam vitã suã verbis et factis per astutias ad hoc coordinant vt non solli in terra verum etiã in mari et vbicunq; dominant. **H.** Tales ad hoc student vt sciant cum mundo crescere per assertiones et crescere p adulationes et dissimulationes. Tales sunt falsi mercatores. Tales sũt peruerſi deceptores. Tales sunt omnium fraudum inuentoꝝ. Et ideo ex duplicitate quam colunt necesse est eos habere celeriter malum finem. Proverbio. ij. Qui recti sunt habitabunt in terra et simplices permanebũt in ea. Impij vero de terra perdentur: et qui iniqui agunt auferẽtur ex ea. et Prover. xi. Simplicitas eoy diriget eos et supplãtatio peruerſoy vastabit illos.

**C**lectio. cxl.

**R**ex qui sedet i folio iudicij. dissipat omne malum intuitu suo. Quis potest dicere mũdũ est cor meum purus sum a peccato? Põdus et pondus mensura et mensura. vtrũq; abominabile est apud deum. Ex studijs suis intelligitur puer: si munda et recta sint opera eius. Aurem audientem et oculum videntem: dominus fecit vtrũq; Noli diligere somnu. ne te egestas opprimat. Aperri oculos tuos et saturare panibus. Malum est: malum est dicit omnis emptor. et cũ recesserit tunc gloriabitur.

Post q sapiens superius ostendit qualiter prelatuſ a familia punitiones debet principaliter inchoare. hic ostendit quomodo in turba debet correctiones generaliter dilatare. Et secundum hoc diuiditur iste textus in septem partes secundum septẽ cõditiones necessarias iudici quia Primo requiritur q in eo sit iudicialis auctoritas. ibi. Rex qui sedet in folio iudicij et. Secũdo q i eo sit generalis charitas. ibi. quis potest dicere mundum est cor meũ et. Tertio q in eo sit sincera equitas. ibi. Pondus et pondus mensura et. Quarto q in eo sit sagacitas. ibi. ex studijs suis intelligitur puer et. Quinto q in eo sit nuda veritas. ibi. aurem audientem et oculum et. Sexto q in eo sit fida sedulitas. ibi. noli diligere somnu ne te et. Septimo q in eo sit firma sodalitas. ibi. malum est: malum est dicit ois emptor.

**R.** Quantum ad primum dicit sapiens. rex qui sedet in folio iudicij et. Dicit Tullius in fine primi libri de diuinationibus. q ortus canicule est signum future sterilitatis aut fertilitatis. Si eni visu ebes fuerit in suo ortu anni sterilitatem. aspectu suo stolido futurã demonstrat. si autem splendida fuerit et aspectu clara absq; dubio intuitus eius prenunciat annum fore fecundum. et vt scribit Põticus Eractius. hoc non solum verum est de sterilitate et fecunditate sed etiã de pestilentia et publica sanitate. Lanes in scriptura sacra dicũtur pre-

**N.**

**A**



*lat. iuxta illud. Melior est canis viuus leone mortuo: viuus inq̄ debet esse per latratum in culparum correptione absq̄ personarum accēptione. vt multi canes qui indifferenter super amici & inimicum latrant. Blandiri tamen dicuntur canes cauda. q̄ per nullos firmos in fide dulcibus habent consolari. quia sicut dicit Suetoni⁹. libro secundo. Boni principis est secundum iura & morē romanorū. etate paruos. senio prouectos. & mente lapsos donec ad meliora redeant quasi propuos liberos erudire. Boni etiam principis est esse sagax per scientie discretionem vt inter lucē & tenebras. dulce & amarum veraciter iudicet et agnoscat. Igitur si bene considerentur prelati possunt esse signa future fecunditatis & sterilitatis in plebe eis subiecta: quia in ortu eorū quando assumuntur ad prelacione si sint ebetes & stolidi per scripture ignorantiam. et per vite maculam stulti & ignari infallibile signum est q̄ tales prelati vel eorum aspectus steriles faciunt subiectos et etiam peste plenos. Talis fuit ille de q̄ scribitur. Actuum. 13. quem intuens paulus dixit. O plene omni dolo & omni fallacia fili diaboli: inimice omnis iustitie: nō desinis subuertere vias domini rectas &c. Sed sunt alij qui in suis ortibus splendent. sicut stelle in facie preferentes. auctoritate iudicalem expressam. Talis christus noster primus prelatus qui in suo ortu ab omni macula purus apprensus fecunditatem. attulit gratie. Iuxta quod de eo Numeri. 24. fuerat prophetatū. Quetur stella ex iacob et consurget & virga ex israel et percutiet duces Moab.*

B.

*15. Quantum ad secundum dicit sapiens. Quis potest dicere mundum est cor meum. Et potest copulari presens parabola ad precedētem quia non est inuentus nisi vnus iudex inter omnes cuius aspectus esset vere mundus & cor generali charitate plenum. quoad omnem charitatem & gratiam. Et ideo nullus vnq̄ vere potest dicere (de viris loquor) mundum est cor meum nisi ipse solus quod pulchre vt michi apparet ex intentione scripture. probat Alexander super psal. pertractans illud quod in passione xps dicit. Erue a framea deus animam meam & de manu canis vnicam meam. Unica enī fuit hec anima benedicta (de animabus virorū loquor) quoad gratie plenitudinem. quoad gratie infusionem in cōceptiōe. quo ad a labe peccati originalis preseruacionem. & nisi intelligatur petitio sua de teretia vnitare non esset ad propositum quod peteret eam saluari. Non enim petit eam saluari ab vnitare plenitudinis gratie. Nec petit eam saluari ab vnitare infusionis gratie. Quia vterq̄ istorum intellectuum esset frivolutus. Unde nunq̄ aliquis sanctus ne beata virgo maria dicere potuit nisi ex priuilegio singulari. mundum est cor meū a labe peccati originalis in mea conceptione nisi solus christus. et hoc similiter alia ratione probatur. nam secundum iura priuilegia dignitatis sue mereret amittere qui sibi commissā abutitur potestatem. Constat autem q̄ diabolus non potest aliter priuilegium suum quod dicitur super humanū genus habuisse: perdere de iure nisi ex hoc q̄ vsurparet sibi dominium. talis seu illius qui sue nō subfuit potestati sed si beata virgo fuisset totaliter ab originali munda de iure*

diabolus privilegium suum quod habuit super hominē ratione peccati originalis in ipsa perdidisset Et ultra sequit̄ q̄ in casu quo christus non fuisset passus vel incarnatus potuisset beata virgo genus humanum a diabolo liberasse si in anima sua diaboli dominium vendicasset quod est hereticum et nephas et dicere et credere. hoc secundum opinionem impugnantium conceptionem virginis immaculatam est dictum. Concluditur ergo finaliter q̄ solus christus de viris loquendo et de omnibus de iure secus de privilegio singulari potuit dicere mundum est cor meum et purus supra peccato. Unde filius ad patrem per Psal. dicit. Cor mundum crea in me deus.

**C.** Quantum ad tertium dicit sapiens pondus et pondus mensura etc. In acceptione enim personarum diversimode ponderando et puniendo peccata amicorum et aliorum et inequali pondere abominabile est apud deum. De quolibet tali iudice seu prelato est sicut experimentum vocet de Magnete qui coniunctus ferro (quod trahere potest) in libra nullam facit gravitatem habere. Ita q̄ totus coniunctum non apparet gravius q̄ ferrum perse. Sed secus est si solum ferrum ponatur in libra et magnes sub ferro. quia tunc facit ipsius ferrum gravius descendere q̄ quis natura requirat. Sic mali iudices in libra equitatis et iudicii affectione sibi coniunctos quantumcumque graves non puniunt sed a casu bene preferunt: Sed alios sepe gravius puniunt q̄ qualitas culpe exigat contra legem datam. Levitici. xix. Nolite facere iniquum aliquid in iudicio in regula in pondere in mensura. **D.** Quantum ad quartum dicit sapiens. Ex studiis suis intelligitur puer etc. Abi sciendum q̄ sicut Aristoteles dicit. 7. politicorum capitulo. 14. Pueri non sunt ad aliquam unā scientiā. primum ponendi: sed ad unā quācumque quia circa quas sunt operosi iuvenes ad illam maxime disponuntur senes. Et ideo qui observant pueros expectant ut sponte aggrediantur aliquam scientiam et statim possunt agnoscere quales sunt futuri. Sic autem fecit christus. vñ christus cognoscebatur qualis esset futurus per ea que sponte elegit. adhuc puer. et signanter per tria cognoscebatur.

Per munditiam quam incepit.  
Per penitentiam quam excepit.  
Per penuriam quam recepit.

Et hec tria patent in hoc nomine quod est puer. Puer enim dicitur quasi purus aer vel parvus heres. et hoc quoad primum. Puer dicitur quasi punitus et supple alieno. et hoc quoad secundum. Puer dicitur quasi pulsus ex ere. i. propria possessione vel hereditate. et hoc quoad tertium. **E.** Primo dico q̄ christus cognosci potuit qualis esset futurus per munditiam quam incepit. Tullius in libro de fortibus in principio narrat q̄ in loca ubi bona fortuna colebatur. apparuit imago mulieris tenentis puerum in gremio qui statim cum apparuit lacteus vel nitidus Juppiter vocabatur. cuius tanta fertur fuisse mundicia q̄ a solis iustis colebatur. Idic puer est christus qui reuera in locobone fortune primitus apparuit non artificijs aut virili seminis adminiculo procreatus. Solus lacteus veraciter nūcupatus quia solus (de viris loquor) sine peccato in mundi processit mediante cor



pose virginis marie benedictę. Primi regum primo. Mulier lactat  
 aut filium suum et adduxit eum ad domum domini. Ille puer tante  
 integritatis fuit in se quante mater virginitatis pudore. Unde Sup  
 piter: id est iuans pater dicitur. Esa. 8. Parvulus filius natus est  
 nobis et vocabitur pater futuri seculi princeps pacis. Hunc puerum  
 in operibus mundis sequi debent nunc pueri per religionis ingres  
 sum. et lasciviarum contemptum sicut perdidit. de qua dicit Alexan  
 der de laudibus diuine sapientie q̄ statim postq̄ incedere potest se  
 mita matris sub alis delitiosam deuitat ei fugit ad pascua duriora.  
 et dicit sic.

Mutricem spernit paruula turba suam.

Sic nostri paruuli dum paruuli sunt deberet fugere matrem: id est mu  
 dum et eius oblectamenta et immunditias et ad christum puerum p  
 vite puritatem fugere vt amplexetur. eos et dicat.

Eccce ego et pueri mei quos dedit mihi dominus quia ille cum sit la  
 cteus munditia non delectatur nisi lacteis et maxime illis q̄ sibi  
 lacteam munditiam in pueritia vouet. Job. 8. Sinite paruulos ve  
 nire ad me etc.

**F** S. Secundo dico q̄ cognosci poterat ille puer christus qualis esset  
 futurus per penitentiam quā excepit. Et quare reuera propter es  
 alienum punitus est. Dicit Albertus duodecimo de animalibus q̄  
 leo ferox non aliter corrigitur q̄ si pro suis delictis catulus verber  
 tur in eius aspectu: nec aliter genus humanum poterat corrigi q̄ per  
 hoc q̄ christus penam vtriusq̄ portaret. Proverbiorum vigesimo  
 secundo. Stultitia colligata est in corde pueri et virga discipline fuga  
 bit eam. Stultitia enim originalis peccati indurata et colligata  
 fuit in homine propter puerilitatem quam exercuit i gustu pomi v<sup>er</sup>  
 ti sed virga discipline super christum posita fugauit stultitiam istam  
 a nobis quia disciplina pacis nostre super eum. Esa. viij.

**G** S. Tertio potuit cognosci iste puer qualis esset futurus per peni  
 tiam quam ipse recepit. Nam qui dominus erat omnium tantam in  
 gressus fuit paupertatem vt in diuerso loco positus locum non habe  
 ret. cuius causa fuit quia contraria contrarijs curantur. sed defectus  
 humani generis habuit exordium ex superabundantia et nimis deli  
 tijs sicut communiter fit. iuxta illud Philosophi quinto politicor.  
 Abi dicit q̄ politia maxime corrumpitur ex nimis diuitijs diuitum  
 qui vltra modum delitiose viuunt. Unde volentes tales diuitias co  
 tinuare et non valentes de proprio vsurpant sibi aliena. Propter  
 quod offensus cui iniuria fit statim isurgit ptra tales: et ideo si debe  
 at bona esse conuersatio communis et pacificationis requiritur  
 q̄ ille qui offendit alios per vsurpationem bonorum alienorum: tam  
 tum de suo ref. indat quantum de alieno accepit. Moraliter cā pmi  
 pcri fuit supabundantia diuitiarum tam gratuitarum q̄ gratis datar. ex qua  
 suboritur appetitus honoris soli deo debiti. Hinc est q̄ si plena debuit  
 satisfactio fieri necesse erat. q̄ hō tm̄ deo redderet quātū abstulit. q̄  
 q̄ nō potuit purus hō. Itē xps in carne venit oēm glām et honorē mū  
 di postponēs et oēm in se suscipiēs paupertatē vt p nobis satisfaceret.

Unde Chryostomus Homel. 25. operis imperfecti super Mathheū. Hic est xp̄us n̄ frater factus t̄m̄ nos diligens vt nulli inuideat pp̄ hereditatē. q̄ propter lucrī contēptū. non rupit fraternitatis affectum: qui non solum omnia sua verum et se pro peccatoribus impendit. Nam et natura humana tam pauper est q̄ quantūcūq; homo plures diuitias habuerit putet se nihil habere. Que igitur maior paupertas q̄ illam assumere naturam in qua etiam si assint diuitie paupertas est. xp̄us vero et hanc naturā accepit et diuitias simul contempsit. Et vtinā attenderēt illud viri ecclesiastici qui debēt esse vicarij xp̄i. q̄ periculosum sit et q̄ difforme paupertati xp̄i tot diuitias et abundantias congregare cum christo se fecerit tam pauperem propter nos et q̄ inhonestum sit in eis gloriari propter quas oportuit deū miserū fieri vel egenū vel nos perpetuo damnari. Utinam aduerterēt etiā illud quod dicit August. de ciuita. dei libro. xij. tangendo q̄ apud romanos quasi contra vsū Apollo nam esset in verbis filius ei? Esculapius barbatus colebatur. et idem exp̄ssius dicit Quidius quinto Metamorph. cum potius ad patrem q̄ ad filium esse barbaturū secundū naturā pertineat.

H. Veraciter sic in proposito cum xp̄us pater noster totaliter imberbis et pilis diuitiarum priuatus apparuerit: nescio qua fronte. similitudinē filiorū eius se gerere profitentur. qui per cumulatiōes possessionū in ecclesia succedunt barbati. Et vtinā esset talibus viris ecclesiasticis ministratum q̄ admodum pueris dauid quibus raris Amon dimidiā partem barbe: tunc possent aliquāliter perferre signū diuine paupertatis. quia sicut dicit Au. Bellius libro tertio. Nobilibus effugiatores qui se eis assimilare volūt barbas sibi radunt tempestiue ignobiles etiā a nobilibus distinguebātur sola nutritio ne pilorū. nunc autē oppositum est quia qui diuites sunt nobiles nū cupantur: priuati vero diuitijs contemuntur contradicente p̄ph̄a Esaye. xv. In cunctis capitibus eius caluicij. et omnis barba radetur. Si em̄ pilis diuitiarū priuatus fuit xp̄s iuxta illd̄ Iudicum. 13. Erit em̄ puer nazareus dei ab infantia sua et nouacula non ascendet super caput eius. quantomagis ecclesiastici etc.

I. Quantū ad quintū dicit sapiens. Aurem audientē et oculum videntem etc. Ault dicere ex quo dñs homini dedit aurem ad audiēdū et oculum cordis ad prospiciēdū non d̄z iudex peruertere naturam declinando aurē et cor propter affectionē carnalē aut propter aliaz causam quācūq;. Nam videmus q̄ qui cōmuniter audiunt male cū difficultate audiuntur. Nam per submissam loquelam libenter occultare vellent defectum audiendi. ne ab alijs concipiatur: q̄ submissam vocem possunt audire. cum submisse loquentur Veraciter sic est moraliter Nam illi qui surdi sunt in veritatis auertentia non audientur a deo cum ipsi clamauerunt. qz qui inclinat aurem suā ne audiat legem oratio eius erit execrabilis Proverb. 12. Et qui obturat aurem suā ad clamorē pauperis clamabit ipse et nō exaudietur. k. Quantum ad sextum dicit sapiens. Noli diligere somnum etc. Quia sicut Albertus. xxij. de animalibus. Lances p̄ somnū ebentant



et consumitur in eis calor naturalis. Sic torpor et acidia stolidos facit in dei cultu et simpliciter excitat charitatem. Proverbio. 6. Ne dederis somnum oculis tuis nec dormitent palpebre tue.

**L** 2. Quantum ad vltimum dicit nunc sapiens. Malum est enim dicit omnis emptor vult dicere quod iudex non debet moueri si punitus dicat pena iustitie sibi inflicta graue esse quia per illam mercabitur vitas eternam: et qui cum hac de hac luce migrauerit gloriabitur. Nam quicquid in vita nostra morantes aliud emimus quam virtutes ipso priuabimur in futuro. Virtutes autem quas hic difficulter operamur gloriofos nos faciunt in futuro. Et tunc gloriabitur bonus de labore suo quam prius planxit et alij decepti dolebunt.

## Lectio. cxli.

**E**st aurum et multitudo gemmarum: vas autem preciosum labia scientie. Tolle vestimentum eius qui fideiussor extitit alieni. et pro extraneis aufer pignus ab eo. Suavis est homini panis mendacij. et postea implebitur os eius calculo. Cogitationes consilij roborantur et gubernaculis tractanda sunt bella.

Hic incipit secunda pars huius capituli in qua postquam superius sapiens egit qualiter minores fatui sunt tractandi. Hic ostendit qualiter maiores ratione delicti sunt honore priuandi. Et secundum hoc diuiditur in tres partes usque ad finem capituli. quia primo docet quod ineptus debet honore destitui. ibi. Est aurum et multitudo gemmarum etc. Secundo quod valore perfectus debet substitui. ibi. et qui reuelat mysteria et ambulat etc. Tertio quod corpore delectus non valet statui. ibi. dissipat impios rex sapiens etc. Prima pars in tres diuiditur quia primo docet quod ex turpi negligentia platus dñs est priuandus ibi. est aurum et multitudo gemmarum etc. Secundo quod ex gule indecens est merito degradandus. ibi. suavis est homini panis mendacij etc. Tertio quod sine matura sententia non est subito condemnandus. ibi. cogitationes consilij roborantur etc.

**A** 1. Quantum ad primum dicit sapiens. est aurum etc. Quia quis platus sit vas auri scientia plenum et gemmis virtutum preciosissimis. quoad seipsum redimitus: spoliandus est tamen vestibus prelatore sibi debitis non curando gregem sibi commissum: sed negligenter agens circa ipsum eo quod fideiussor esse voluit extranei et pignus anime sue per alto ponere. Hinc huius figura habetur Numeri. 20. quod cum negligens fuisset Aaron sacerdos circa instructionem populi sibi commissi ad mosem dicit dñs. Tolle Aaron et filium eius et duces eos in montem or. Quibus nudaueris patrem veste sua indues ea filium eius Eleazar et Aaron moyses. Quod interpretatur labor et dolor. Unde prelati negligentes spoliari debent honore et ingredi labores. vel or dicitur forma angustia. et significat arctationem et penam arctitudinem. quam subire debent prelati negligentes. An Au. gel. dicit. quod militi delinquenti per

negligentiā aut prodicionem apud veteres vena soluebat vt sāgus eius fluere in ignominie signum ⁊ miserie sue penam. Sic illi qui ordinati sunt milites xp̄i ad reipublice defensionē ⁊ ecclesie dei sancte finuenti fuerint se gnes et desidiōsi penas iustas soluere debēt: etiā vsq; ad sanguinis effusionem: vt vere dicant illud Esa. 63. Et aspers⁹ est sanguis eorum super vestimenta mea: ⁊ omnia indumenta mea in quinaui. Et hoc est q̄ habetur extra de officio ordinarij q̄ i detestatiōnem prelati negligentis et mali cessare habēt subditi ab officio ⁊ cultu dei q̄ cito ingreditur monasteriū vel presēs est in ecclesia. ⁊ prop̄ talem negligentiam citius debent abstinere a diuinis q̄ si subiaceret interdicto. Dummodo illud non fiat ex malitia subditorum: sed propter infamiam notoriam prelati. **B** Concordat ad hoc illud qd̄ dicit Helyas hispalensis q̄ coram iudice infamis vite iudicia non debent exerceri: nec aliquis honor sibi plus q̄ tyrāno est impendendus. Et ponit exemplum de filio Scipionis qui sublimatus ad honorem ⁊ statum pretoriū degenerauit intantum vt populus protestaretur se pretori non causa officij: sed magis causa parentis honores deferre. qua vtiq; dignitate priuassent iuste si patri tam nobili nō perpercisissent. Unde de tali scribitur. denudabunt te vestimentis tuis ⁊ tollēt vasa glorie tue. Et est notandum q̄ honor siue stat⁹ prelature comparatur vestimentis propter tria. Primo quia vestis clericalis debet esse integra per mūdicie sanctitatem. Secundo superius eē debet arcta per proprie vite penalitatem. Tertio inferius lata ⁊ longa per indifferentie charitatem. Primo dico q̄ vestis prelatorum quoad statum eorum debet esse integra per munditie sanctitatē. Ecclesiastici. 2. Omni tēpore vestimenta tua sint candida ⁊ oleum de capite tuo non deficiat. Dicit enim Suetonius lib. 4. de vita Cesaris. q̄ Hayus imperator: similibus vestibus quales ⁊ deus suus quē exorauit et coluit utebatur. vnde nulla veste voluit indui nisi prius simili veste dei sui staturā indutā audiret. Sic boni viri ecclesiastici nullā vestem accipere debent nec desup se vestiri nisi simili veste quali vsus est xp̄s deus ip̄e quē colunt. Constat autē q̄ vestis sua fuit munditia ⁊ omnis vite puritas q̄ ad hoc incarnat⁹ apparuit vt puritate sua nostras feditates abstergeret. iuxta quod de eo Aīrgilius i buccolicis egioga. 4. predixit et recitat Augustinus de ciuitate dei. ca. 7. i hec verba: Te duce si qua manent sceleris vestigia nostri. Irrita perpetua soluent fomidie terras. Hoc vero de nullo veraciter exponi potest nisi de xp̄o. Juxta illud. Ab immundo quis mundabitur. Hic est dixit ille non princeps. de quo Valerius libro primo: ⁊ Suetonius li bro primo. qui inincipiti bello positus contra romanos indutus albis ⁊ equo residens processit in pugnam quam sequenti ceteri victoria potiuntur nec notum fuit in exercitu. vnde appareret iuuenis nec quo iret. Etiam secundi Machabeoy. xi. Apparuit eques precedens eos in veste candida. Et signāter eques quia perfectum dñiuz habuit supra carnem. **D** Secdo dico q̄ prelatus est vel esse debet sicut vestis superius arcta quo ad seipsum per vite penalitates. Unde Alexander in promotheo suo nouo de penitentia prelati dicit sic.



Anteriora petas oblitus posteriora.

In statum verſe coniugis eſſe memor. quaſi diceret.

q̄ viri eccleſiaſtici debent eſſe memores ne vtantur veſte muliebr̄ q̄ eſt voluptuoſa: ſed magis veſte virili penalitates ⁊ moleſtias tolle-  
rando propter xp̄m Deuteronomij. 22. Non inductur mulier veſte

**E** virili nec vir vtetur veſte feminea: abominabilis enim eſt apud deum qui facit hoc. **E.** Tertio prelatuſ comparatur veſti quia verſ<sup>o</sup> ſub-  
ditos debent eſſe longi ⁊ lati per indifferentie charitatem abſq̄ per-  
ſonarum acceptione. Talem veſtem habuit xp̄uſ prelatuſ nam om-  
nes altitudine longitudine/latitudine. ſue gracie recolegit. In cui<sup>o</sup>  
ſignuſ Octavianuſ ſub quo xp̄uſ natus eſt cum togā virilem. bre-  
uem in principio ſui regni ſumpſiſſet ſubito creſcebat. vt pedes obte-  
geret. Quo dabatur intelligi q̄ totū corpus rei publice ſub eo in vni-  
tatem amouſ et pacis deberet congregari. Quod moraliter per  
xp̄m eſt impletuſ. Juxta quod Apoca. p̄mo. Johannes vidit ſimi-  
lem filio hominuſ veſtituſ podere que eſt veſtis thalaris ad taloſ  
pediſ descendens ſecundū papā: Sed quod dolenduſ eſt quidam  
ſunt qui veſtimenta nimis diſcindunt ⁊ detruncant. Quidam enim  
detruncant veſtimenta ſua in genibus. quidam detruncant in reni-  
bus: quia quidam non extendunt charitatem ſuam vltra cognatoſ  
⁊ quidam non extendunt extra filioſ proprioſ. Quoſ contra iura  
de eccleſie annona fouent et permittunt reſiduam partem corporiſ  
xp̄i. videlicet paupeſ eſſe nudam. Simileſ pueriſ dauid quibuſ  
preſcindit amon veſtimenta vſq̄ ad nateſ ſecundū Regum. xvij.

**F** **S.** Quantuſ ad tertiuſ dicit ſapiens. Suauis eſt hominiſ panis  
mendacij ⁊ cetera. Vult dicere q̄ quuſ prelati diuitiaſ ec-  
cleſie diſp̄-  
ſare habeant quaſ male et mendaciter occupant eo q̄ ipſiſ ſunt in-  
digni. huiuſmodi tamen diuitie vertentur in peccatuſ obſtinatio-  
niſ infernaliſ vbi propter moleſtias maledicent continue poſſeſſio-  
nibuſ quaſ male et mendaciter occupauerunt. Et loquitur. hic de  
mendacio facti quia quando prelatuſ ineptuſ conſequitur benefi-  
cium facit ſemper mendaciuſ facti. Job decimotertio. Oſtendant  
fabricatoſ mendacij ⁊ cultoreſ peruerſarum dignitatum. aliaſ p-  
uerſorum dogmatuſ:

**G** **S.** Quantuſ ad vltimuſ dicit ſapiens. Cogitationeſ conſilij ro-  
borantur: et gubernaculiſ tractanda ſunt bella. Iſto quo notandū  
q̄ bonuſ conſiliariuſ nunq̄ conſulit principi bellare niſi tria concur-  
rent que omneſ conſiliarij principuſ ante q̄ bella adminiſtrarent.  
conſiderauerūt. ſcilicet. Quod ſiniſ ſit vtiliſ ſecluſa vanitate. q̄ cauſa  
belli ſit notabiliſ ſecluſa leuitate. q̄ ſenſuſ ſit abundabiliſ ſecluſa  
paupertate.

**H** **Id.** Quantuſ ad primuſ patet exemplum per beatuſ Auguſti-  
nuſ. 19. de ciuitate dei ca. 19. Iniquitaſ inquit partiſ aduerſe iuſta  
bella ingerit faciendā ſapienti: que iniquitaſ homiſ eſt volēda ⁊ tollē-  
da vt ſimul inſit dolor ⁊ iuſtitia in bellando. ⁊ pbat ibi Augu. q̄ mul-  
tiplicatio rei publice per ſubiugationem regnoꝝ nō eſt bona: ſed val-  
de periculoſa niſi alia ſubſit cauſa q̄ ſubiugatio.

**Quantum** ad secundum dicit Suetonius lib. 3. de vita Cesaris q̄ Augustus nunq̄ bella suscepit nisi supra expensas emolumentum euidēs prouideret. Dicebatq̄ q̄ sine comodo q̄ bella sustinerēt piscāribus aureis retibus similes sunt. q̄bus retis ruptio captura piscātrōn pensatur. Et isto modo faciliter p̄t consumi. Sed tamen aduertendū q̄ non solum causa litis fiunt bella. sed etiam causa pacis aut excussionis ocis. Sic enī fecit **Tullius** qui primus fm Augustinum apud romanos tēpore pacis bella adinuenit vt ocia que initia sunt ois mali remoueret a ciuibus iuxta illud Virgilij libi. vi.

Ocia qui rumpit patrie desidesq̄ mouebit. Tullij in armavitos Ideo ne ista fierent bella fecit tempore pacis.

**Quantū** ad tertiuū ponit exemplū Helyas hy spalens lib. ij. contra nobiles vbi dicit. q̄ cum carthaginenses romanis pugnaturis aduersus Pyrrhum viginti naues in eorū subsidiū misissent cū gratiarum actione Senatus legatis respōdit romanos solere talia bella gerere. que simplicibus propiis ac suis militibus perficere possunt. classēq̄ totam romana gens remisit.

**Correctio. cxlij.**

**Qui** reuelat mysteria et ambulat fraudulēter et dilatat labia sua ne cōmisceris. Qui male dicit patri suo et matri extinguetur lumen eius in medijs tenebris. Hereditas ad quā festinatur in p̄ncipio. in nouissimo benedictione carebit. Ne dicas reddam maluz pro malo. expecta dominū et liberabit te. Abominatio est apud deum pondus: ⁊ pondus statera dolosa nō est bona. A domino dirigūtur gressus viri. Quis autē hominū intelligere potest viam suā. Ruina est homini deuotare sanctos et post vota retractare.

**Postq̄** sapiens ostendit q̄ ineptus v̄z honorē destituit. Sic docet quomodo valore perfectus v̄z substitui. Et fm hoc diuiditur hec ps̄ in sex. Scdm̄ sex conditiones quas op̄eum habere qui loco prelati depositi vtiliter vult substitui. quia

Primo op̄ q̄ in eo sit parcitas in loquendo. de hoc ibi. Et qui reuelat mysteria ⁊c. Secundo q̄ in eo sit humilitas in imperādo. de hoc ibi. Qui maledicit patri suo et m̄i ⁊c. Tertio q̄ in eo sit frugalitas in volendo. de hoc ibi. Hereditas ad quā festinatur in principio ⁊c.

Quarto q̄ in eo sit pietas in curando. de hoc ibi. Ne dicas reddam malū pro malo ⁊c. Quinto q̄ in eo sit suauitas in regendo. de hoc ibi. Abominatio est apud deū pondus et pondus ⁊c. Sexto q̄ in eo sit fidelitas in reddēdo. de hoc ibi. Ruina est homini deuotare sc̄tōs. ⁊c.

**A.** Quantum ad primum dicit sapiens Et qui reuelat ⁊c. textus est planus. Pro quo sciendū q̄ maxime fuit apud veteres reprobabile

**Tullius**

Suntibus

**K**

**L**

**A**



militēs esse loquaces: aut consiliū publici reuelatores. Unde narrat Egisippus lib. v. q. Titus quendā militem captum ab hostib⁹ quia consiliū suorū mortis metu prodidit statim militia priuauit: dicens non esse dignū militia qui conseruande vite causa secreta fidei prodidisset. Prouer. ix. Qui fidelis est seruat amici consiliū

**B.** Quantum ad scōm dicit sapiens. qui maledicit patri suo et matri ꝛc. Patri in q̄ aut matri spiritali vel corporali: extinguetur lucerna eius in medijs tenebris. i. lumē gratie eius extinguetur in inferno qz sicut candela lucens et ardens si deorsuz uertitur statim extinguit. Sic qñ aliquis inobediēs patri spiritali vel carnali existit q̄tūcūqz prius lucidus fuerit statim subuertit lux in tenebris. nec mixta tales uelut ex cōmunicati a consortio bonorū separant̄ sicut in ex cōmunicatione uidemus qz luminaria accensa subuersa extinguitur in signū qz sic extinguitur lux talū in inferno qz erigi non poterit in eternū Job. 18. Nōne lux impij extinguetur. nec splendet flamma ignis eius. Lux obtenebrescet in tabernaculo illius et lucerna que super eū est extinguetur. **L.** Quantum ad tertium dicit sapiēs hereditas ad quam festinatur in principio ꝛc. intelligitur hic textus tam de hereditate bonorū ꝛpaliū q̄ spiritalium. Unde.

Non est festinandū ad diuitias temporales

Non est festinandū ad immoderatos labores spirituales

Prīmū patet per exemplū qz sicut dicit Philosophus. 6. politicorū expedit propter hoc parue iuriditionis esse principem ne dixerit maioris maxime cuius diuitie faciant ipsum immoderatem et cōtra multitudinē insurgere opprimendo plebez. Et hoc maxime contingit in politia ecclesie. Unde sicut habetur Deuteronomij. 18. ꝛ Josue. 13. cum filijs distribuerent possessiones ꝓ moysen prohibuit dñs ne filijs Leui qui erant sacerdotes aliqua bona immobilia in sorte aliorum distribuerent. quia sacrificia dñi et oblationes eius comederet et nihil aliud accipient de possessione fratruꝝ suorū. Sed tñ quantum oportebit pro necessarijs vite ꝛ Josue ubi supra. Tribui autem leui non dedit possessionē sed sacrificia ꝛ virtute dñi dei israel. ipsa est hereditas. ꝛ Deuteronomij ubi supra. Dñs enim ipse est hereditas eorū sicut locutus est illis. Multi tñ commutant istā hereditatem ꝓ uili precio cuiusmodi sunt qui plus seruiūt pro temporalibus q̄ pro dño deo et veraciter tales non habent hereditatem que deus est sed dederunt possessionē suā desiderabilem in solitudinem gentib⁹ Terroꝝ. **D.** Secundo etiā non est festinandū quo ad immoderatos labores spirituales et isto mō intelligitur hic textus a q̄busdā sicut dicit hugo cardinalis. et est hec expositio Hieronymi qui dicit qz hic textus de contemplatiuis prelatiꝝ dꝝ intelligi qui debent labores suos ꝛ actus contemplationis rationabiliter moderari et nō indiscrete consumere corpora sua. quod non placet deo qz grā de peccatū est. Et iō tales bñdictione carebūt in nouissimo. vñ Hieronymus sup istū passuz: holocaustū rapinā facit qui corpus imoderate propter deū affligit aut egestate cibi aut penuria somni Prouer. 19. Qui festin⁹ est pedibus offendit. Vñ nimia uexatio in principio fa-

**E.** sit ipsos segnes i fine. Nā pater familias tñ pōt paruo tempore ve

pare terram suam debilem & per multos annos inhabilis reddetur ad semetipsum. Similiter tibi posset proicere de semine super terram & oppres-  
sa semine nil portaret de fructu. Sic multi onerant seipsum et debilem  
carne suam seminibus virtutum per penitentiam indebitas et flagella in-  
tantum & non sufficiat amplius ad opera fructuosa. Et ideo prudentes ferunt  
agrum suum secundum capacitatem rationalem et seruant terram absque lapsu  
et continuos fructus faciunt et perseverantes Ecclesiastici. 4. Cum  
semine eorum permanebit bona hereditas: eorum gloria non derelin-  
quetur et cetera.

**F.** Quantum ad quartum dicit sapiens ne dicas reddam malum pro ma-  
lo &c. quasi diceret non sis vindictivus maxime cum sis prelatus: illic in-  
telligitur quoad remissionem iniurie propositae que deo est committen-  
da. Unde de Augusto dicit Suetonius quod si se quantumcumque perfidiosos  
rebellantes nunquam gravius visus est pena quam ut captivi sub lege vende-  
rentur et ne in vicina regione serui essent et ne ante triginta annos  
redirent in urbem. Sic debet sufficere malorum separatio subditorum a  
consortio bonorum Proverbiorum. xxiii. de ad prelatum. ne emu-  
leris viros malos nec desideres esse cum eis. Ne emuleris inquam vindic-  
cando. i. quibus tibi mali fuerint non sis eis similis sed debet tibi suffi-  
cere quod sis separatus ab eis.

**G.** Quantum ad quintum dicit sapiens. Abominatio est apud deum  
pondus et pondus &c. Illud in precedentibus est expositum frequen-  
ter sed nunc aliter exponi potest de procedere superbie ut sit sensus. Si pro-  
deri prelatore pondus elationis addas. hoc est apud deum execra-  
bile quod elatio prelati superbie est causa depressionis omnium subditorum. ut  
vere dicat subditus de tali prelatore. Pondus eius ferre non potuit  
Job. 31. Quia si iudex ex una parte potentiam iuris habeat et ex alia  
parte superbus sit et elatus: cum elatio semper per fastum extollat iudi-  
ciariam potestatem. nunquam erit pondus equale sicut in statera corporali  
quando brachia non sunt eiusdem nature ut si una pars statere sit plu-  
rimum bea et alia lignea nunquam erit bona statera. sed certe quando statera  
est eiusdem nature per totum tunc pondus potest esse equale. Sic quando in sta-  
tera iudiciali superbia cum potentia coniungitur nunquam erit equale pon-  
dus erga subditos. Sed quando sunt eiusdem nature per totum quando scilicet  
humilitas coniungitur cum potentia. sicut in eo qui vere est omnipotens  
vera inuenta est humilitas simul cum potentia tunc iudicialis statera  
et iudicialis pondus esse potest equale. Non ergo sumus ad inferiores  
elati. Quod sicut dicit textus? necesse est ut a domino cuiuslibet gressus quan-  
tumcumque nobilis dirigantur. Quapropter oculos nostros ad ipsum  
dirigamus et humiliter habeamus nos ad illos qui nostre subiacent po-  
testati. Quia sicut dicit Seneca in Proverb. Homo qui in hostem ca-  
lamitosum pius est sui meminit. quod alterius se probat indigere auxi-  
lio. Unde homo recogitando defectus proprios tunc absque dubio re-  
prehenditur ab ipso elatio per propriam sui cognitionem. quia secun-  
di Paralip. 24. dicitur. Cum ignorem? quid agere debeamus hoc  
solum habemus residuum ut oculos nostros dirigamus ad te.

**H.** Quantum ad ultimum dicit sapiens. Riuus est homini devocare se



et os et post vota retractare. i. non perficere quod vouit et hoc maxime nimis est vituperabile in prelato. q̄ in honestis et licitis non tenent vota et promissa sua. Unde prudentes prelati cum difficultate debent promittere sed p̄missa nō debent violare. vnde Bu. Sellius lib. 3. capi. primo dicit q̄ Alanus consul q̄ pactum cū rege perfide quod sibi presterat fregit ad suos cum triumpho rediens bigis et quadrigis victus in foui medio ad detestationē fracte fidei lacerat⁹ est ne respublica potius falsitatibus q̄ veritatibus augeri ab exteriis videretur.

## Lectio. cxliij.

**D**issipat impios rex sapiens. et incuruat super eos fornicem. Lucerna domini spiraculū hominis que inuestigat omnia secreta ventris. Misericordia et veritas custodiunt regem. et roboratur clementia thronus eius. Exultatio iuuenum fortitudo eorum: et dignitas senū canicies. Lior vulneris absterget mala et plage in secretioribus ventris.

Post q̄ sapiens superius ostendit q̄ ineptus honore debet destitui et valore perfectus debet institui. Sic ostendit q̄ deiectus corpore non valet statui. Et secundum hoc diuiditur hec pars in quinque secundū q̄ quinque enumerat que sunt necessaria cuilibet prelato nouiter instituto. quia

Primo enim oportet q̄ in eo sit auctoritas in regendo. De hoc ibi.

Dissipat impios rex sapiens ꝛc.

Secundo q̄ in eo sit exemplaritas in viuendo De hoc ibi. Lucerna domini spiraculum hominis ꝛc.

Tertio q̄ in eo sit suauitas in plectendo. de hoc ibi. Misericordia et veritas custodiunt regem ꝛc.

Quarto q̄ in eo sit strenuitas in operando. De hoc ibi. Exultatio iuuenum fortitudo eorum ꝛc.

Quinto q̄ in eo sit sinceritas in docendo. De hoc ibi. Lior vulneris absterget mala ꝛc.

**A. S.** Quantum ad primum dicit sapiens Dissipat impios rex sapiens et incuruat super eos fornicem. Dicit magister hystoriarum q̄ antiſquit⁹ de myrtho palma et oliua fiebant sepes in orto et inserebatur ibidem series bellorum. et quidam dicunt q̄ erigebantur quasi arcus trisphales ad inimicorū terrorem. et dicitur fornicis fornicis media breui quasi foras et a longe nitens. Et dicitur fornicis secundum Ianuensē quasi admodū fornacis abstractus. Vult igitur dicere sapiens q̄ rex causa maiestatis debet esse prelat⁹ quilibet vt sicut p̄ fornicem antiſquitus terrebantur hostes: sic ille per auctoritatis aspectum d̄ insolentes quoslibet coercere vt p̄ctores per penas terreatur quas prelat⁹ auctoritate sibi p̄missa miseris cōminatur.

Dicit Alber. q̄ duob⁹ mōis luxus ab hoste terretur p̄ terrificū aspe-  
ctum. Per signū aliquod in terra fixum virgā vel baculuz. Quia se-  
per reputat ibi fraudes latere nec audet trāsire. Sic mali homines  
naturaliter per terrificum aspectum prelati ⁊ interpositionem X̄ge  
aut baculi per penitentiā ab actu nephario retardantur. Prover-  
bio. 20. Rex qui sedet in solio iudicij dissipat omne malū intuitu suo. B  
B. Quantum ad secundū dicit sapiens. Lucerna dñi spiraculū ho-  
minis ⁊c. Vult dicere q̄ bonus prelatus sic debet per lucidam vitā.  
⁊ exemplarem disponi q̄ in eo spiritus habens per gratiam ⁊ scien-  
tiam admodū luminis in lucerna non soluz alios in itinere dirigat:  
verum etiam faciat peruiū quicquid latet in consciētis: vt nihil nec  
intus nec extra remaneat inhonestū. Sed semper in vite puritate  
morantes per lumen spiritus sancti eis inditum discernant inter bo-  
num et malum. vt quilibet talis suo prelato possit dicere. Tu illumi-  
nas lucernā meam dñe. Sicut enīz semper per lucernā dirigimur  
in tenebris huius vite. Sic prelati per doctrinā ⁊ exemplā semper  
lucere debent ante subditos: ne per eorum defectum offendāt viato-  
res qui semper tali luce indigēt. In cuius figurā Exo. habet cap. 28  
q̄ extra sancta sanctorum semper debuit eē lucerna intra vero nūq̄  
quia q̄ diu sumus extra sancta ⁊ eterna gaudia semper indigem⁹ lu-  
ce sanctorum prelatorum: sed cum illuc veniemus vltierius sole ⁊ lu-  
na nō indigebim⁹ q̄ claritas dei nos illuminabit ⁊ lucerna eius ⁊c.  
C. Quantum ad tertiu dicit sapiens. misericordia ⁊ veritas custo-  
diunt regem ⁊c. Dic videnda sunt duo. Primo propter quid clemen-  
tia est a prelato exercenda. Secundo quibus misericordia est impen-  
denda. Quantum ad primum dicit misericordia ⁊ veritas custodiūt  
regem ⁊c. Qualiter autem misericordia regem a malo preseruat vi-  
dere. Inter omnes siquidē conditiones quas habent boni cōmuniē  
vnū malū habent. q̄ sunt suspitiosi ⁊ duri conceptus plus q̄ alij min⁹  
sancti: ⁊ ista est causa quare cito desperant de conuersione malorum.  
Desperatio autem oritur ex eo q̄ vidēt eos suis moribus deformes  
Et quia minus bene de ipsis vel de seipsis iudicant. vñ supbiā incur-  
runt. ideo puerfos acriter nimis puniūt. Illi autē qui sunt misericor-  
des ⁊ pi ex hoc q̄ flexibiles sūt ad pietatem: miserā pplā recogno-  
scunt ⁊ seipfos a supbie fastu preseruant. ⁊ veraciter ista conditio pl⁹  
preseruabit eos in fine q̄ tota rigiditas proderit alioz. Nam sicut  
in muliere omnibus malis conditionibus eius preponderat pietas  
eo q̄ naturaliter mulier est pia secundū Ph̄m. In animalibus enim  
femelle sūt peiores. In hominibus vero sunt naturaliter mitiores.  
Sic vbicunq̄ pietas fuerit preponderat omnibus que sequunt̄ aut  
sequi possunt. vbi autem illa deest omīa etiam alia absq̄ effectu per-  
eunt. Ideo signanter ad conseruationē regis et prelati sapiens cle-  
mentiam cōmendauit presidentibus quibus. unq̄. Esa. 16. Prepara-  
bitur in mīa soliu ⁊ sedebit super eū in veritate iudicans. D. Secūdo D  
vero videndum est quibus mīa sit impendēda quia illis qui se ad  
misericordiam disponunt. multi enim sunt qui sibi dei mīam prestantē  
sicut qui desiderat lumen solis ⁊ omēs fenestras dom⁹ claudit. Sic



multi tantū de dei mīa presumunt q̄ putant eam descensuraz absq̄  
quocunq̄ p̄nie labore. Sed aperi fenestrā p̄ cordis penā et dolozēz ⁊  
tunc increpa dñm tu ū si tibi mīam nō impendat Iudicū p̄io. (et p̄ōt  
esse vox trinitatis ad pctōrem p̄sumentē). Ostende nobis introituz  
ciuitatis et faciemus tecum mīam. vnde Alexander sup̄ Ps̄. Per-  
tractans illud suscepimus deus mīam tuā in medio tēpli tui. Qui  
inquit dei mīaz suscepturus est tria consideret q̄ visa sunt in iusto Si  
meone quū xpm̄ puerū die purificationis in tēplo recipere meruit.

Primo em̄ videndū est quoad locū q̄ suscepit eū in hierlm̄: que pa-  
cis et charitatis visio nuncupatur. in signū q̄ mīa dei nunq̄ suscipi  
p̄ōt nisi aīa recipiens sit pace et charitate quoad deū et proximum  
secundata. **E.** Secundo q̄ sit simeon iustus in obediētia et humili-  
tate. Tercio q̄ recipiat rigida et senili manu cū antiquata et vetera  
na penalitate: quia sine operibus duris p̄nie nunq̄ poterit xps̄ per  
amozē pctōribus applicari. Prover. 28. Qui confessus fuerit ⁊ re-  
uelauerit archana mīam consequetur. Sed hoc expedit fieri tempe-  
stiuē ne tēpus mīe labatur a nobis. Narrat Egiptippus de Tito im-  
peratore q̄ cū venisset ad obsidionē ciuitatis hierlm̄. primum quod  
fecit obtulit pacē publice quibuscūq̄ volentibus ad mīam eius con-  
uolare. Cives vero cū diuites essent et locupletes cōfidentes de vi-  
ribus proprijs impatoris grām contēpserūt. obsedit ergo ciuitatez  
illā hierusalē multis ānis quousq̄ consumptis cibarijs mīam pete-  
re cogerent. q̄bus ille qui sic r̄dit. Ego (inquit) pacē obtuli vos bel-  
lum elegistis. ego multipliciter pacē volui vos illā neglexistis. ego  
exercitiū subducere proposui vos insultū dedistis ego libertatē spo-  
pondi vos me cōtempstistis: quos ergo sepe oblatam pietatem rec̄  
pere puduit coactos nūc recipere non decet. Ad hoc etiā me mouet  
sanguineus gladius quē tam triduo flamineū sup̄ ciuitatē p̄ndere  
prospexi. quē deozū monitu in miseros postulatōres prosequi opoz  
tebit quo dicto impetū faciēs ciuitatē ad terrā prostrauit reuera tal  
sermocinatio est inter deuz et peccatozē peruersum. qui non nisi mis-  
nus afflictus veniā petit Ezechelis. 5. Non parceret oculus me⁹ neq̄  
miserebor sed vias tuas imponā tibi dicit dominus

**F.** Quantū ad q̄rtū dicit sapiens exultatio iuuenū fortitudo eoz ⁊  
Aul dīcere q̄ platus dz esse talis q̄ possit laborare vt iuuenis: et be-  
ne consulere sicut senex: et tales etiā debet circa se habere.  
Iuuenes qui sint fortes ad predicandū et psallendū  
Senes ad consilium largiendum.

Quoad primū dicit sapiens Exultatio iuuenū fortitudo eozum ⁊ c̄.  
Prover. xv. Domus iusti plurima fortitudo: ⁊ in fructib⁹ impij con-  
turbatio. Quo ad sc̄bz dicit sapiens Et dignitas senum canicies nō  
q̄ dē annozū numero sed sensus et prudentie sc̄dm quod d̄ Sap̄ie. 1.  
Bone fame et conformis vite queuis scientia. q̄ sicut Aul. Sellis.  
lib. 8. capitu. 3. Auctoritatē non debēt habere hoīes turpis vite q̄-  
uis sciētia et eloquētia in eis emineat etiā supra bonos viros Circū  
specti etiā esse debēt senes vt sciant dare consiliū tempore opportūo  
Eccl̄a. 25. S̄ q̄ preciosū caniciei iudiciū et presbyteris cognoscere

consilium; senum: quod speciosa veteranis sapientia et gloriosis intellectu et consilio. Corona senum multa peritia: et gloria illorum timor dei. Periti vocantur. qui sciunt quo tempore proferre debeant sermonem: et ideo sunt dispositi ad consulendum. Quantum ad quintum dicit sapiens. Ulor vulneris absterget mala etc. Vult dicere quod sicut medicus linozem vulneris exprimit ut morbum curet. sic prelati intentio debet esse non ut cruciet sed ut sanet quod admodum fecit christus cuius linoze sanati sumus. ¶ Lectio. cxliiij.

Cap. 21.

**S**icut diuisiones aquarum: ita cor regis in manu domini quocumque voluerit inclinabit illud. **S**icut via viri recta sibi videtur. appedit autem corda domini. **S**acere misericordiam et iudicium magis plus domino quam victorie. ¶  
